Hic Autor ponit regulam de gtõ veniente a ntõ terminato in is cor. Et dicit. Is correpta. i. nomen terminatũ in is correptã faciet gtũm sibi similẽ: vt ntõ hic panis. gtõ huius panis ntõ similis

Cuspidis et lapidis et cassidis excipiantur Exceptio
Et chlamydis.
Sanguinis et dices exanguis aspidis addes.
Egidis atq̃ notes: sic et patronymica formes:
Thrtyos et thrtidis dices: paris is dat idisq̃
Sardis inis: dat iaspis idis: sic ibidis ibis.
Isidis adiunges: indeclinabile semis
Est pro dimidio: pondus semissis habeto
Et tybris tybridis: tigris: quirisq̃ quiritis

Cuspidis ⁊ lapidis ⁊c. Hic A. ponit exceptionẽ ab illa regla Is correpta. dicens. Ista noia Cuspidis ⁊ lapidis ⁊c. ⁊ alia q̃ sequũtur in lra excipiũt a regla qz aliter faciũt gtũz q̃ regla pcipiat Et qz textus est clar? veniam? ad expositionẽ vcabulorũ: Ntõ hec cuspis dis: hic lapis dis. hec cassis. i. galea dat cassidis in gtõ. ⁊ hic cassis. i. rete venatoriũ dat cassis in gtõ. hec chlamys dis. ⁊ est pallium qõ ex vna pte induitur neq̃ psuit ⁊ fibla infrenatur. hic sanguis nis. hic ⁊ hec exanguis

Tertia declinatio

⁊ hoc gue. i. sine sanguine: ⁊ ꝓponitur ex ex ⁊ sanguis. ⁊ facit exanguis ⁊ nō exanguinis. Ex quo patet q̃ nō excipitur ab illa regula Is correpta sibi. ꝯ ab illa: Simpliciū norma. Hec aspis dis nomen est ꝓprīs. Egis dis. scutū palladis. Et patronymica in is terminata siliter faciūt gtūm. vt pamis pamidis. Thetis pma cor. i. mater achill' dat thetidis ⁊ thetis in gtō Thetys pma, pdu. id est mare vel vror oceani: dat thetyos ⁊ thetys in gtō. Parl dat paris pl paridis in gtō. ꝓprius nomē. Sardis facit sardinis. i. lapis pciosus Jaspis iaspidis est lapis pualcs. Ibis facit ibis vl ibidis: ⁊ est ciconia. Isis dis. nomen dee. Semis, p dimidio est indeclinabile. ꝯ semis, p pōdere medie libre habebit semissis in gtō. Tybris nomen fluuij facit tybridis in gtō. pōt etiam facere tybris: ⁊ sic non excipitur. Sed tigris facit tigris: ⁊ sic non excipitur. aliquando facit tigridis. et est animal. Quiris quiritis. eques romanus.

is vl er eris — Quod dedit er dat eris: vomis puluisq̃ cinisq̃.
Et cucumis.

Dicit q̃ nomen in er ⁊ in is terminatū facit gtūm in eris pe. cor. vt hic vomer vel vomis. gtō huius vomerl. ⁊ est dens aratri vel ferrū qō infigitur dentali. hic puluer vel puluis hui⁹ puluerl. hic ciner vel cinis hui⁹ cinerl: scintilla extincta. hic cucumer vel cucumis huius cucumeris: ⁊ est herba cuius fructus humide nature est.

is itis — Is itis producta dabit, tamen excipiantur
Glis gliris glissis: glis glitis non cadit extra.

In hac parte auctor determinat de gtō veniente a ntō terminato in is, pductam. Et dicit. Is, p/ducta. i. nomen terminatū in is, pductā dabit itis in gtō pe. p. vt lis litis. Deinde ponit exceptionem dicens. Tū excipiuntur glis gliris, p animali ⁊ glis glissis, p terra tenace. ꝯ glis glitl, p herba q̃ alio nomine lapa dr: nō cadit ex regulā. i. nō excipit. Pōt obiici de hoc noie vis. q̃ non fuat regulā ⁊ nō excipit. Dicam⁹ q̃ vis est nomē heteroclitū. io de ipo tractabit in cap. de heteroclitis

os oris — Oris formabit os pro mare: deme nepotis.

In hac pte A. ponit regulā de gtō veniēte a ntō terminato in os. ⁊ dicit. Os, p mare. i. nom̄ terminatum in os masculini generis facit oris in gtō pe. pducēdo. vt ros rorl. Deinde ponit exceptio/nem dicens. Deme. i. excipe hoc nomen nepotis. ⁊ est nepos filius fratris. ⁊ aliqn̄ est luxuriosus.

os otis — Cetera dant otis: sed de potis o breuiabis.

Dicit q̃ cetera nomina in os terminata. i. que non sunt generis masculini faciūt gtūz in otis: pe. pro. vt vos votis. Deinde ponit exceptionem dicens. ꝯ breuiabis hec nomina q̃ sunt derivata ab hoc nomine pos potis quod idem est qō potens. vt cōpos cōpotis ⁊ impos impotis pe. correpta.

ouis os oris ossis — Sed bouis et glozis demantur et oris et ossis
Custodisq̃ simul: herois sociabitur istis.

Dicit auctor q̃ ista nomina excipiant̄ videlicz vos bouis qō deberet facere bovl. glos glozis. ⁊ est q̃dam flos Inuenit etiā glos glossis, p quodā ligno de nocte relucente: ⁊ glos glotis, p vrore frīs. Vn̄ vsus. Discite q̃d sit glos lignū vel femina vel flos Glos ris flos est. ꝯ glos glotl femina fratrl. Glos glossis lignu vt⁹ est de nocte serenū. Et oris ⁊ ossis demantur. i. hoc nomen os oris ⁊ os ossis. Sz alij exponunt sic. Genitiui terminati in oris ⁊ in ossis de q̃bus nō est facta mentio. demāt̄. i. excipiāt̄: vt os ossis: os oris. ⁊ glos glossis. Etiā excipiunt̄ illa q̃ patēt in textu. vicz custodis gtūs de hic ⁊ hec custos. ⁊ herois gtūs de heros. i. dñs. ⁊ minos qō facit minois, ꝓpū nom̄ viri.

oris vs eris — Us curtam dat oris neutro, sed eris damus illis
Que dant lus nus dus, sed oris prebet tibi fenus

vs vtis — Et facinus pignus: intercus utis tibi prebet.
Adde penus penoris, quod terne est siue secunde.

In hac pte A. determinat de gtō veniēte a ntō terminato in vs curtā. Et dicit Us. i. nom̄ tertie decli. in vs terminatū dat orl curtā in gtō: ⁊ hoc intelligē in neutro genere. vt hoc corp⁹ h⁹ cor/poris: Deinde ponit exceptionē dicens. Sz hos dam⁹ erl illis nominib⁹ q̃ dāt terminatiōes in frascriptas vicz lus vt vli⁹ vellerl. nus vt vuln⁹ vulnerl. dus vt pōdus pōderl Sz ab illa regla excipiūtur fen⁹ qō facit fenorl. i. vsura. ⁊ facin⁹ facinorl. i. pctm̄: ⁊ pign⁹ pignorl. i. fili⁹ Inuenitur pign⁹ pignerl. i: vadiū. ⁊ tunc nō excipitur. Intercus pōt tibi vtis in gtō pe. cor: vt ntō hic ⁊ hec ⁊ hoc intercus itercutl. ē morb⁹ inter cutē ⁊ carnē. Tu adde his pdictl pen⁹. i. cellariū qō aliqn̄ est tertie declinationis: ⁊ facit penoris in gtō: ⁊ aliqn̄ est scde ⁊ facit peni. ⁊ est fe. ge. in tertia ꝯo neu.

vs vdis — Dat pecus hec pecudis: pecus hoc pecoris sibi format.

Dicit q̃ hoc nomē pec⁹ duplr variat̄. aliqn̄ est ge. fe. ⁊ facit pecudis. ⁊ aliqn̄ neu: ⁊ facit pec⁹ pecorl Pecora dicim⁹ maiora aialia: vt boues equos asinos. pecudes ꝯo minora. vt oues capras porcos.

vs eris — Hec formas in eris que sunt confinia verbis:

Tertia declinatio

In quibus e curta reperitur in antesuprema.

Dicit Auctor q nomina in vs terminata venientia a verbis habentibus e curtam in pe. syllaba faciunt gtiim in eris pe: cor: vt vlcus vlceris: id est apostema vel aliud malū quod nascitur propter nimiū laborem: ⁊ deriuatur ab vlcero ras quod idem est quod vulnero ras. Et fm hoc tempus deberet facere temperis: quia deriuatur a tempero ras vel a tepro pes: tamen facit temporis in genitiuo: vt Auctor inferius declarat.

Neutrum declina quod comparat vt duo prima.

Comparatiuus neutri generis

Dicit Auctor q nomen quod comparat id est quod est comparatiuū neutrum in vs terminatus declinatur quemadmodū duo genera videlicet cōmune genus comparatiui Nam sicut melior facit melioris: ita melius facit melioris.

Dant aceris leporis: acus lepus: addito tempus.

Dicit q ista nomina acus ⁊ lepus dant in eorum genitiuis aceris ⁊ leporis. Hec acus aceris est instrumentum ad purgandū frumentum: vel est polus ferri. Inuenitur etiam hec acus acus acui pro instrumento suendi. Hic lepus est quoddā animal. Tu addito etiā temp⁹: qō facit temporis

Us producta dabit utis: sed deme paludis

vs pducta vtis.

Et que dant tellus incus demenda notabis.

In hac parte Auctor determinat de genitiuo veniente a nominatiuo terminato in us productas ⁊ dicit Us producta id est nomen terminatum in us productā dabit vtis in genitiuo pe. producta: vt salus salutis. Deinde ponit exceptionem dicens: Sed deme paludis quod declinatur hec palus huius paludis. Et tu etiam notabis illa nomina demēda id est excipienda: vt tellus ⁊ incus dant genitiuos telluris ⁊ incudis: tellus id est terra frugifera. incus est instrumentum super quo faber malleat ferrum.

Formabunt uris monosylla: grus uis et sus

vris
vs
uis

Hic Auctor ponit aliam exceptionem dicens: q monosyllaba id est vnius syllabe in vs terminata formabūt vris in gtō pe: pro: vt thus thuris: ⁊ mus muris. Deinde ponit exceptionē suā dicēs Grus ⁊ sus formabūt uis in gtō vt grus gruis: ⁊ ē nom̄ auis: ⁊ sus suis: ⁊ idē est qō porc⁹ l porca

Aes eris dabitur: pres predis: laus quoq; laudis.

aeris
aes
aedis
aus dis

Fraus fraudis dicas: sed emaus non flectere debes.

In hac parte auctor ostendit qualiter nomina terminata in aes diphthōgata faciāt in genitiuo Et dicit: Aes aeris dabitur in genitiuo hui⁹ nominis aes qō ē species metalli: vel significat diuitias: praedis dabitur in genitiuo huius nominis praes: quod idez est quod diues: laudis dabitur in genitiuo hui⁹ nominis laus: ⁊ fraudis in genitiuo hui⁹ nominis fraus id est dolus. Sz tu non debes flectere id est declinare emaus nomen castri. q. d. q hoc nomen emaus est indeclinabile

Si preit s b vel m vel p: facies genitiuum

bs bis
ms mis
ps pis

Interponens i: tamen e si b preit aut p:

E mutatur in i. si non monosyllaba fiant.

In hac parte Auctor determinat de genitiuo veniente a nominatō terminato in s pcedente b vel m vel p: ⁊ dicit: Si ista littera b vel m vel p preit id est pcedit s in nominatiuo singulari: tu facies genitiuum ex tali nominatiuo interponendo hanc litteram i. videlicet inter consonantes predictas ⁊ s: verbi gratia: hoc nomen arabs terminatur in s precedēte b ponatur i inter b et s fit arabis in genitiuo. Et est arabs aliquis de arabia. Hoc nomen hyems terminatur in s precedente m ponatur i inter m ⁊ s ⁊ fiet hyemis in genitiuo. Hoc nomen inops terminatur in s precedente p ponatur i inter p et s ⁊ fiet inopis in genitiuo. Deinde ponit exceptionem dicens: Tamen si ista littera e preit hanc litteram b vel p. e mutatur in i in genitiuo: vt celebs celibis id est castus: et princeps principis nomen dignitatis. Et hoc dico si talia nomina non fiant id est non sint monosyllaba: quia nō mutarēt e in i: sed retinerēt e in genitiuo sicut in nominatiuo: vt plebs plebis: id est multitudo gentium vel populus.

Aucupis excipitur: ex auceps quod reperitur.

Auctor dicit q hoc nomen aucupis excipitur a regula predicta siue ab illa exceptione: tamen e si b preit aut p ⁊c: quia per illam exceptionem deberemus mutare e in i ⁊ dicere auceps aucipis ⁊ dicimus aucupis. ⁊ est auceps ille qui capit aues.

Ls aut ns aut rs: s remouebis:

ls
ns tis
rs

Tis iunges: frondis glandis lendisq; remotis.

In hac parte A. determinat de genitiuo veniēte a nō terminato in s pcedēte l n et r dicēs: Tu remouebis hanc litteraz s a nominatiuo terminato in ls aut ns aut rs. ⁊ postea iunges tis formādo gtiū singlarē: vbi gra: ls vt puls remota s ⁊ addita tis fit pultis: ns vt mōs remota s ⁊ addita

Tertia declinatio

tis fit montis. rs vt ars remota s ⁊ addita tis fit artis. Deinde ponit exceptionē dicēs: Remo/
tis id est exceptū nominib⁹ in lra positis. videlicet frondis q̄ declinatur hec frons frondis. foliū
arboris. Inuenitur etiam hec frons frontis pars capitis anterior. ⁊ hoc non excipitur. Lendis
quod declinatur lens lendis. ⁊ est animal quoddam. inuenitur etiam lens tis. ⁊ est quoddaz le/
men ⁊ hoc non excipitur. Glandis quod declinatur hec glans dis. ⁊ est fructus quercuum.

Que cor vel pendo componit eis sociando.

Iste versus continuatur cū predictis hoc modo. Dictū est q̄ ista nomina frons glans ⁊ lens fa/
ciunt genitiuū in dis. Cōtinua modo sic: sociando eis predictis illa nomina q̄ cor vel pēdo cōpo
nit. qz ista noia faciūt gtiū in dis. vt vecors dis. i. stult⁹. ⁊ etiā libripēs dis. i. pondus libre.

iens euntis **Semper iens cum prole sua formabit euntis.**

Auctor ponit exceptionem ab illa regula. Ls aut ns. dicens q̄ hoc participiū iens cum prole sua
id est cum suis deriuatiuis formabit euntis. vt iens euntis. rediens redeuntis. deberet enim face
re ientis ⁊ redientis: ideo excipitur.

Ambio lege caret: uncisq̄ quod vncia format.

Hic auctor ponit exceptionem ab exceptione predicta dicens: Hoc verbum ambio caret lege. id
est regula. qz sicut iens facit euntl in genitiuo: ita ⁊ ambiēs ab eo deriuatū. deberet facere ambiē
tis: ⁊ facit ambientis. Et causa est. quia in hoc verbo ambio ambis e mutatur in i. quod nō fit in
alijs compositis ab eo is. in quib⁹ e non mutatur: vt redeo redis. Et attēde q̄ auctor posuit ver/
bum pro participio: cum dixit: ambio lege caret. Forte hoc fecit causa metri: vel vt denotaret ir/
regularitatē nō mō in participio sed etiaz in verbo: qz p ⁊ hoc nomē quincūs quod deriuatur ab
vncia caret lege. quia deberet facere quincuntis ⁊ facit quincūcis in genitiuo. Et est quincūs res
ponderis quinq̄ vnciarū. ⁊ hoc intelligas in omnibus similibus. vt septuns cis ⁊c.

vt itis **Ut tibi format itis: sic per caput esse probabis.**

In hac parte Auctor determinat de genitiuo veniente a nominatiuo terminato in t dicens. vt id
est nomen terminatum in vt formabit tibi itis in genitiuo pr. cor. vt caput capitis.

x gis **A verbis in go veniens x gis tibi format.**

In ista parte auctor determinat de gtō veniente a nominatiuo terminato in x. ⁊ dicit. x. i. nomē ter
minatum in x veniens a verbis in go terminatis format tibi gis in genitiuo. id est mutat x in gis
formando genitiuū. vt ab hoc verbo rego regis descendit hoc nomē rex. ⁊ x mutata in gis fit regl.

Coniugis n remouet: cum rectus n sibi seruet.

Hic auctor ponit exceptionē dicens. Iste genitiuus ꝯiugis remouet n. id est abiicit. cum p ḡuis
rectus. i. nominatiuus suus videlicet ꝯiunx seruet sibi n. q. d. quod deberet facere ꝯiungis in geni
titiuo ⁊ facit coniugis forte ad differentiā hui⁹ verbi ꝯiungo gis. a quo deriuatur ꝯiunx ꝯiugis.

x cis **Cis iungunt alia tamen x prius inde remota.**

Dicit Auctor q̄ alia nomina in x terminata videlicet que non veniunt a verbis terminatis in go.
iungunt cis post nominatiuū remota prius x formando genitiuū vt pax remota x ⁊ addita cis fit
pacis. ⁊ felix remota x ⁊ addita cis fit felicis.

ex icis **E super x nisi sint monosyllaba compositumue.**

Ex ipsis e per i mutant. que vult breuiari.

Hic auctor ponit aliam regulam dicens. E super x. id est nomina habentia e ante x in nominatiuo
singulari mutant e per i breuem in genitiuo. vt cortex cis ⁊ est exterior pars arboris. Et hoc est ve
rum in nominibus plurium syllabarum. Et ideo dicit A. nisi sint monosyllaba id est vnius syl/
labe tantum. quia illa non mutant e in i in genitiuo immo retinent e. vt rex regis. ⁊ nisi sint com/
posita ab ipsis monosyllabis. vt exlex exlegis.

Lodicis demas. veruecis dicere debes.

Auctor excipit hec duo nomina. videlicet lodex lodicis. ⁊ est pannus quo tegitur lectus quod de
beret corripere penultimam genitiui ⁊ producit. etiam veruex quod facit veruecis penul. produ. et
est veruex animal quod dicitur aries.

ix icis **Si mas fiat in ix dat icis: mastix dabit icis.**

Phenix phenicis: bombix bombicis habebit.

Dicit A. q̄ si mas id est si nomen masculini generis fiat in ix in nominatiuo dat icis in genitiuo
pr. cor. vt calix calicis. Deinde ponit exceptionem dicens. Mastix dabit icis pr. pro. ⁊ est gen⁹ qō/
dam coloris. etiam est quoddam genus gumi. Phenix etiam dabit icis pr. p. vt phenix phenicis.
nomen auis: hic bombix habebit bombicis. nomen vermis ex cui⁹ egestiōe efficitur ipsa lana serica

Cetera que dant x: producunt in antesuprema.

Dicit auctor q̄ cetera nomina in x terminata de quibus non est facta mentio ab illa parte citra E
super x. producuntur in antesuprema. id est in antepr. vt pax pacis ⁊ formax formacis.

Tertia declinatio

Sed gregis atq; trucis facis picis et nucis inde
Excipis: atq; ducis crucis salicis filicisq;

Dicit Auctor q nomina in littera posita excipiuntur ab illa regula Cetera q dant r. q: corripiunt penultimā gti. vt grex gregis. ⁊ est multitudo aimaliū minor. trux cis. id ē crudelis. fax cis. i. teda Nux cis. ⁊ dicūtur nuces generaliter omnia poma tecta corio duriore. vt pinee. nuces: castanee. auellane. glandes: amygdali. Pix picis. ⁊ fit ex pino. Dux ducis. ⁊ designat dignitatem vel officiū Dicitur enim dux. q: sit ductor exercitus. Crux crucis. ⁊ dicitur a crucio as. q: cruciat. Salix cis. et est arbor lenta vitibus habilis vinciendis. Filix cis. ⁊ est quedam herba ꝗ cuius cinere fiunt vitra. ⁊ dicitur a filum. q: eius folia quasi fila sunt

Nec g nec c tenent que dant nix nox atq; supellex
Bic senis et noctis: spingis vel dicito spingos

Dicit Auctor q ista nomina nix nox ⁊ supellex nec c retinent nec g in gtō. Nax senex facit senis in gtō: nox noctis. ꝗ supellex statim dabitur doctrina. spinx facit spingis vel gos: ⁊ est mōstrū marinum

Crementum duplex debet formare supellex

Dicit q nomen supellex crescit supra ntūm duab⁹ syllabis: vt supellex supellectilis. id est bona mobilia in domo

Que das a capite velut anceps iunge bicepsq;

Dicit q composita ab hoc nomine caput crescūt supra ntūm duabus syllabis sicut supellex. vt anceps ancipitis. id est dubius. ⁊ biceps pitis. id est res habens duo capita

Ac iter optat eris: sed non vt regula querit.

Dicit q hoc nomen iter prebet eris in gtō: vt gtō huius itineris: sed nō vt regula querit. q: scōm regulam datam facit itris. ⁊ sic patet q habet duplex crementum supra ntūm. Mota tamen q inuenitur hic iter nomen auis. Versus. Carpe viator iter: sed in arbore concinit iter

Per predicta tibi patet excessus genitiui

Epilogando dicit Auctor q per predictas regulas patet quomodo gtūs habet excessum supra nominatiuum. Textus est clarus.

Is genitiuus habet: sed tertius i tibi prebet

Hic Auctor ponit regulam generalem genitiui singularis tertie declinationis. Gtūs singularis tertie declinationis habet hanc terminationem is quomodocūq; facit ntūm. Sed tertius i. Hic Auctor ponit regulam de datiuo dicens. Sed tertiⁿ. id est datiuus prebet tibi hanc terminationē i. vt hic pater. huiⁿ patris. huic patri:

gtūs is
dtūs i

Cum dedit es grecus fit sepe per i genitiuus

Auctor dicit q quando ntūs grecus terminatur in es gtūs sepe terminatur in i. vt hic Achilles: huius achilli.

Es grecus i genitiuo dat

Em retinet quartus. sed in im quandoq; locamus
Maguderim turrim burim peluimq; securim
Vim sitim restim puppim tussimq; charybdim
His quedam propria sociamus: paucaq; greca
Vt tybrim tygrim tripolim syrtim vel eclipsim
Iris et hypocrisis sociantur eis et erinnys

Actūs em
im

Em retinet quartus ⁊c. In hac parte Auctor determinat de accusatiuo singulari tertie declinationis. Et primo in generali dicens: Em retinet quartus. Expone sic. Quartus. id est accusatiuⁿ singularis tertie decli. retinet em. vt patrem. Et hoc intelligē in quolibet genere preterq; in neutro: de ipo cum faciet mentionem vel cum fecit in secunda declinatione: ibi. sed neutris prouideamus Deinde determinat de accusatiuo in speciali dicens. Sed in im quandoq; locamus: id est q accusatiuus aliquando terminatur in im. Et hoc intelligē duobus modis. videlicet in im tantum. et in im ⁊ in em. Subsequenter ponitur exemplaris doctrina videlicet in nominibus sequentibus in littera. vt ntō hec maguderis. accusatiuo hanc maguderim: ⁊ est secundus caulis qui nascitur in tirso abscisso. vel ipe tirsus abscisus: Hec turris. accusatiuo hanc turrim. potest etiaz facere turrem. Hec peluis. accusatiuo hanc peluim. Hec tussis. accusatiuo hanc tussim. ⁊ est commotio pulmonis expirans cum sonitu. Hec securis. accusatiuo hanc securim vel securem. Hec vis. accusatiuo hanc vim. Hec buris. accusatiuo hanc burim. ⁊ est caudalaratri scz illud lignum longum ⁊ curuatum cum quo seruatur aratrum. Hec restis accusatiuo hāc restem vel restim. id est funis. Hec puppis. accusatiuo hāc puppem vel puppim. ⁊ est posterior ps nauis. Hec sitis. accusatiuo hāc siti.

b

Hec charybdis. accusatiuo hanc charybdim: periculum maris. Nos etiam iungimus his predictis quedam propria nomina ⁊ pauca greca: vt hec tybris. accusatiuo hanc tybrim. nomen fluuij. Hec tigris. accusatiuo hanc tigrim nomen animalis. Hec tripolis. accusatiuo hanc tripolim. nomen ciuitatis: Hec syrtis. accusatiuo hanc syrtim: periculum maris. Hec eclipsis. accusatiuo hanc eclipsim: est obscuritas lune vel solis. Hec iris. accusatiuo hanc irim. est arcus in celo. Hec hypocrisis. accusatiuo hanc hypocrisim. i. simulatio. Et erinnys sociabitur eis pdictis. Hec erinnys. accusatiuo hanc erinnym. furia infernalis

Actus em — Em dat etim turris restis puppisq; securis

im — His additur nauis: et funis additur istis.

In hac parte Auctor specificat illa nomina que faciũt actũm in em ⁊ in im. Et sunt illa que ponũtur in littera: quoꝝ exceptio habita est in pcedenti glosa. Ipis additur nauis quod facit in accusatiuo nauem vel nauim. Et funis additur istis pdictis nominibus: qꝛ etiam terminatur in em ⁊ in im.

Accusatiu⁹ mltorum in a — Quin etiam multa per a ponuntur quasi greca

Dicit Auctor q̃ etiam multa nomina per a faciunt accusatiuum quasi greca. id est fm grecam declinationem. vt hic hector. accusatiuo hunc hectorem vel hectora

Neutra similẽ dant nominatiuo actũm ⁊ vocatiuum — Neutra notare decet: sic nullum regula fallit

Dicit q̃ nos decet notare neutra nomina tertie declinationis. qꝛ nec in em nec in im faciunt accusatiuum: sed vt predictum est in secunda declinatione: ibi. Sed neutris prouideamus ⁊c. q. d. q̃ nomina neutra habent accusatiuũ similem nominatiuo: vt ntõ hoc tempus accusatiuo hoc tpus Et sic notando regula nullum fallit

Vti formatio — Par recto quintus: sed sepe tamen facit vsus

Ad morem greci ceu thebai pallaq; colchi

Dicit Auctor q̃ quintus. i. vocatiu⁹ tertie decli. est par. i. similis recto. i. ntõ suo: vt hic pater: vtõ o pater. Deinde ponit exceptionem dicens. Sed sepe tamen facit vsus ad morem greci. ceu pro sicut thebai. ⁊ est vocatiu⁹ de thebais. ⁊ est mulier illius ciuitatis. palla est vocatiu⁹ de pallas. id est dea sapientie: colchi est vocatiuus de colchis. id est mulier illius loci. Et est sciendum q̃ isti vocatiui formantur a nominatiuo remota s. vt pallas. remota s fit palla

Es greci longe simul es subiungitur eque

Id est nomen grecum terminatum in es lõgam facit vtũm in es vel in e. vt vlysses. vtõ o vlysses vel vlysse.

Ablatiuus i e — Sextus in i vel in e: quandoq; tamen dat vtrunq;.

In hac parte Auctor determinat de ablatiuo singulari tertie decli. ⁊ dicit sic. Sextus. i. ablatiu⁹ tertie decli. terminatur in i vel in e. vt hoc animal. ablatiuo ab hoc aimali. hic pater. ablatiuo ab hoc patre. Tamen quandoq; dat vtrunq;. q. d. q̃ aliquando terminatur in i ⁊ in e. vt hic ⁊ hec et hoc felix. ablatiuo ab hoc ⁊ ab hac ⁊ ab hoc felice vel felici

I a ntõ in e. — I dat nomen in e: quedam retrahi decet inde

Gausape presepe preneste soracteq; cepe

In hac parte Auctor determinat vnam quãq; terminationem pdictarum vicẽs. Nomen in e terminatũ dat in ablatiuo i. vt hoc mare. ablatiuo ab hoc mari. Sed ponit exceptionẽ dicens. Quedam retrahi decet inde. id est ab ista regula videlicet gausape. i. mantile. pneste nomen ciuitatis. pesepe. locus preseptus in quo bestie rodunt. cepe. ⁊ est quedam herba stipticum habens saporem. soracte: nomen ciuitatis. que omnia excipiuntur. qꝛ faciunt ablatiuum in e. ⁊ non in i.

Er vel is nominatiui si sequit e. neutrũ. i dat ablatiuo — Cum preit er aut is: per e si neutrale sequatur.

Ablatiuus in i debet tantummodo poni

Dicit q̃ quando ntũs terminatur in er vel in is ⁊ sequatur neutrũ p e. ablatiuus facit in i tm̃. vt hic alacer hec alacris ⁊ hoc alacre. ablatiuus facit ab hoc ⁊ ab hac ⁊ ab hoc alacri: hic ⁊ hec omis ⁊ hoc omne. ablatiuo ab hoc ⁊ ab hac ⁊ ab hoc omni. ⁊ sic de similibus

Al / Ar i ablatiuo — Quod fit in al vel in ar sic formas: dum genitiuo

A longam teneas. dat e far. par e vel i ponas.

Dicit A. qõ fit in al vel in ar: vt aimal ⁊ torcular: ita faciũt in ablatiuo vt in pdicta regla ꝯtinet. dũ tũ illud tale nom̃ pducit penl. gti: vt animal animalis. ablatiuo ab hoc aiali. hoc torcular ris. ablatiuo ab hoc torculari. Cõstrue sic. Tu formas. i. declinas in ablatiuo singulari illud nomen qõ fit in al vel in ar: sic. i. vt dictũ est in regula pcedenti. hoc dico dũ teneas a longã in gtõ illi⁹ nominis terminati in al vel in ar. Dat e far. i. hoc nom̃ far dat e in ablatiuo. vt farre. Par e vel i põas q. d. qõ hoc nom̃ par facit pare vel pari in ablatiuo. Et hoc intellige qñ est adiectiuũ. Nam qñ est

substantiuũ facit pari tantum. Et sic patet quomõ facit ablatiuũ in e ⁊ in i simul. ⁊ in i tm̃. Dicat q̃ est doctrina et non exceptio id quod dicitur de par. ⁊ de par. quia regula est data de habẽtibus naturaliter a longam in gtõ. ⁊ ista non habent. Nam pducitur a in gtõ geminor. par vero non producit immo corripit

Cum lare sal demas

Hec littera est superflua. qz exceptio debet fieri in dictionibus positis sub regula. Regula datur de habentibus a longam in gtõ: ⁊ in istis breuiatur. Si autem queratur p qsam regulam faciũt ablatiuum in e Respondetur p illam inferius positam Inuenies alia per e ⁊c.

Quod fit in as longam gentile peri vel e ponas.

As gentile dat i. vel e.

Dicit Auctor q̃ nomen gentile terminatum in as longã facit ablatiuũ in e vel in i. vt hic ⁊ hec rauẽnas. ⁊ hoc te. ablatiuo ab hoc ⁊ ab hac rauennate vel rauennati

Consona si preit is dupla: sextus i vel e finit

Duplex ꝯsona añ is dat i vel e

Dicit q̃ nomina in is terminata habentia duas consonantes ante is in eadem syllaba faciunt ablatiuum in e ⁊ in i. vt ignis. ablatiuo ab hoc igne vel igni

Testis cum peste per e fit iuncta sibi veste

Hic ponit exceptionem a regula p̃cedente dicens q̃ hoc nomen testis cum hoc nomine peste fit p e. id est terminatur in e in ablatiuo. licet habeat duas consonantes ante is in eadẽ syllaba. vt hic ⁊ hec testis. ablatiuo ab hoc ⁊ ab hac teste. hec pestis: ablatiuo ab hac peste. Etiam vitis facit veste in ablatiuo Et hoc est quod dicit. iuncta sibi veste

Quattuor imber habet: quibus i tantummodo prebet

Composita ab imber dant i.

Dicit q̃ imber habet quattuor ꝯposita que faciunt ablatiuũ in i tm̃. ⁊ sunt ista scz septẽber: october nouembr decembr. que faciunt in cor ablatiuis septembri. octobri. nouembri. et decembri.

I dant tres menses: solam dant e sospes et hospes

Nomia mẽsiũ:

Dicit q̃ tres menses dant in ablatiuo i. videlicet aprilis quintilis ⁊ sextilis. Aprilis habet significatum de se clarum. Quintilis idem est q̃ mensis Julij. Sextilis idem est quod mensis augusti. Deinde dicit q̃ hoc nomen sospes ⁊ hospes dant e solam in ablatiuo. vt hic ⁊ hec hospes. ablatiuo ab hoc ⁊ ab hac hospite. id est ille qui suscipit alium in domo. vel qui suscipitur ab alio. hic et hec sospes facit sospite in ablatiuo. ⁊ idem est quod sanus vel saluus incolumis vel superstes

Quidam pro certo reputant e vel i dare sexto.

Cuncta trium generum: sed degener et vber e tantum

Nomina triuz generum

Ipsa tamen reperimus in i: sed non nisi raro

Hic Auctor ponit vnam regulam non assertiuam sed narratiuam. Et dicit q̃ quidam magistri reputãt p certo cuncta vocabula triũ generꝫ. i. generis omnis dare in sexto id est ablatiuo i vel e. vt hic ⁊ hec ⁊ hoc felix. ablatiuo ab hoc et ab hac ⁊ ab hoc felice vel felici. hic ⁊ hec ⁊ hoc legens. ablatiuo ab hoc ⁊ ab hac ⁊ ab hoc legente vel legenti. Sed degener ⁊ vber licet sint generis omnis. tm̃ faciunt ablatiuũ in e tantum. vt hic ⁊ hec degener. ablatiuo ab hoc ⁊ ab hac degenere. id est rusticꝰ vel ignobilis. Hic ⁊ hec vber. ablatiuo ab hoc ⁊ ab hac vbere. id est abundans. Tamen nos reperimus ista nomina scilicet vber ⁊ degener in ablatiuo casu in i terminata: sed non nisi raro. vt in lucano. Sed me degeneri strauisset tacta sub hoste. Nota degener ⁊ vber sunt cõmunis generis declinatione ⁊ omnis constructione. ⁊ possunt poni cum masculino ⁊ femminino ⁊ neutro generibus. satis ꝓprie. sed noñ in omni sua terminatione. quia qualitas accusatiui desinentꝭ in em. ⁊ forma pluralis in es nullo modo possunt neutro generi adaptari. Elñ nihil est. Habeo vberem pecus. vel vbere res pecora. Elñ. Rem vel res neutrũ fugiunt. sed cetera sumunt. Similiter pauper est cõmunis generis declinatione sed omnis constructione. Elnde potest dici. pauper homo. femina. regnum. Similiter ⁊ diues. Elnde ouidꝰ. Addidit hesterno marmore diues opus. Et hoc intelligas nisi in terminatione tem vel tes. Elnde. Tem vel tes neutrũ fugiunt sed cetera sumunt.

Ponunt alterutrum si fiat mobile fixum

Hec potest dici exceptio ab illa regula. Quidam p certo. Alij dicũt q̃ est regula de per se. Quomõcunq̃ sit sententia est. q̃ si aliquod mobile. i. adiectiuũ fiat fixum. i. substantiuũ: magistri ponunt alterutrũ scz ablatiuũ modo e modo i. sm̃ quod habetur in regulis p̃dictis. Alij dicunt q̃ ad placitum formant ablatiuũ. Est vlucer substantiue sumptum p auc. Nam hic vlucer. hec vlucris. ⁊ hoc vlucre adiectiue sumptum est velox

Sed proprium tale si sit: tantummodo vult e

Sensus est q̃ si tale nomen quale p̃misimus ꝓprium sit facit ablatiuum in e tantum: vt hic Juuenalis. ablatiuo ab hoc iuuenale. hic felix. ablatiuo ab hoc felice. hic clemens ablatiuo ab hoc clemente. Nota quedam nomina sunt omnis generis sub vna terminatione. vt felix. vetus Quedaz sunt omnis generis sub duabus terminationibus. vt hic ⁊ hec Juuenalis. ⁊ hoc iuuenale: hic et hec fortior ⁊ hoc fortius. Quedam sunt omnis generis sub tribus terminationibus. vt hic vlu/

Tertia declinatio

cer. hec wlucris. hoc wlucre. hic alacer hec alacr⁷ hoc alacre

Cetera dant e. **Inuenies alia per e sepius esse locata**

Dicit Tu inuenies alia nomina tertie declinationis de quibus prius mentio non est facta: sep⁹ habere e in ablatiuo. vt cor corde. Nota Auctor innuit q̃ alia nomina tertie declinationis terminant ablatiuũ in e curtã. qz ipse corripit illam vocalem e in littera. Et ideo dicit sepius ad innuẽdum q̃ aliqñ fallit. Nam fallit in nominibus grecis terminat⁹ in es, pductam. talia enim formant ablatiuum in e pductam. Fallit etiam in nominibus latinis quibus veteres vtebantur ad morem nominũ quinte declinationis. talia nomina habent e, pductam sicut nomina quinte declinationis. vt moles mole. rabies rabie

Im acti dat i **Quod dedit im quarto casu: soleti dare sexto**

Dicit q̃ illud nomen quod dedit im quarto casu id est accusatiuo. solet dare i sexto. id est ablatiuo. vt hec tussis. accusatiuo hanc tussim. ablatiuo ab hac tussi

Em vel im accusatiui dat i vel e ablatiuo **Cum quartus fit in im vel in em: dabit i vel e sextus.**

Sensus est q̃ qñ actũs terminatur in em ⁊ in im. ablatiuus facit in i ⁊ in e. vt hec turris. accusatiuo hanc turrem vel turrim. ablatiuo ab hac turre vel turri. Sed credo q̃ hec littera nõ sit auctor⁹.

Ntũs actũs vocatiu⁹ plalises Neutra **Primus pluralis dabit es: et ei sociemus**
Quartum cum quinto: sed a dabes ponere neutro.

In hac parte Auctor determinat de tertia declinatione q̃tum ad numerum pluralem. et dicit. Prim⁹ pluralis. id est ntũs pluralis tertie declinationis. dabit es. vt pluraliter nominatiuo hi patres. Et sociem⁹ ei quartum cum quinto. qz ⁊ actũs ⁊ vtũs faciunt in es. vt actõ hos patres. vocatiuo o patres. Et hoc est verum in masculino femININO ⁊ cõmuni genere. In neutro vero non. qz in neutris nominibus nominatiuus accusatiuus ⁊ vocatiuus in a terminantur. vt pluraliter Nominatiuo hec pecora. accusatiuo hec pecora. vtõ o pecora. Et hoc est quod dicit. Sed a dabes ponere neutro

Ia ab ablatiuo in i tñ. vel in i. ⁊ in e simul **Si sexto dabitur i sola vel i simul e q̃:**
Fit neutrum per ia: quod comparat inde retracta
Ludicra vel vetera dices: amplustraq̃ iunges

Quia in precedenti regula dictum est q̃ nomina neutri generis faciunt nominatiuũ accusatiuũ ⁊ vocatiuũ similes in a: Ideo Auctor vult hoc specialiter declarare dicens. Si sola i dabitur sexto id est ablatiuo. vel si i ⁊ e dabitur ablatiuo. tunc neutrum genus fit per ia in nominatiuo et accusatiuo ⁊ vocatiuo pluralibus. vt hoc mare. ablatiuo ab hoc mari. pluraliter Ntõ hec maria. accusatiuo hec maria. vocatiuo o maria. Nominatiuo hic ⁊ hec ⁊ hoc felix. ablatiuo ab hoc ⁊ ab hac ⁊ ab hoc felice vel felici. Et pluraliter. Ntõ hi ⁊ he felices. ⁊ hec felicia: accusatiuo hos ⁊ has felices ⁊ hec felicia. vocatiuo o felices ⁊ o felicia: Deinde ponit exceptionem dicens. quod comparat inde retracta. id est excipe a regula illud nomen quod comparat. id est quod est compatiui grad⁹. quia licet facit ablatiuum in i ⁊ in e. tamen non facit in ia sed in a. vt fortiora ⁊ non fortiora. Tu dices etiam ludicra in nominatiuo accusatiuo ⁊ vocatiuo pluralibus huius nominis ludicris. id est ludo plenus. vt hic ⁊ hec ludicris ⁊ hoc ludicre. licet faciat ablatiuum in i. vetera etiam dicit in plurali huius nominis vetus veteris. quod idem est quod antiquus. licet faciat in ablatiuo vetere ⁊ veteri. Et tu iunges etiam predict⁹ hoc nomen amplustra quod declinatur. hoc amplustre amplustris. ablatiuo ab hoc amplustri Et pluraliter Nominatiuo hec amplustra. id est remo nauis. ⁊ dicit quasi amplũ strictũ. qz a parte aque est amplũ a parte nauis strictum

A ab ablatiuo in e **Cum dedite solam sextus: solam dat a rectus**

Dicit q̃ quando ablatiuus terminatur in e tantum. vt tempore. casus predicti faciunt in a ⁊ non in ia. vt tempora. ⁊ hoc intellige de neutris tantum

Is pro es frequenter **Predictis sepe tribus his veteres posuere.**

Dicit q̃ aliqui veteres grammatici sepe posuerunt is pro es. in ntõ actõ et vtõ plurali: vt tris p tres. piscis p pisces.

Gtũs um ium **Um vel ium pone genitiuo. vel dat vtrunq̃.**

In hac parte Auctor determinat de genitiuo plurali tertie declinationis dicens. tu pone in genitiuo plurali tertie declinationis um vt patrum. vel ium: vt sedes sedium. vel dat vtrũq̃ simul. vt legentum vel legentium. quandoq̃ autem faciunt in um: quandoq̃ in ium. quandoq̃ in um et in ium. vt patebit inferius

Im ab ablatiuo in i tñ vl in i ⁊ in e simul **Quod dedit i sexto formabit ium genitiuo**
Et prebens e vel i: quod comparat hinc volo dem
Artificum iunge memorum veterum vigilumq̃:

Tertia declinatio

Atqz sacerdotum custodum vel locupletum

Dicit Auctor q si ablatiuus singularis facit in i tantum. ⁊ in e ⁊ in i: gtūs pluralis faciet in ium. vt animal animali animaliū. ⁊ felix felice vel felici feliciū. Deinde ponit exceptionem dicēs. Ego volo illud nomen quod comparat. id est quod est comparatiui gradus demi. i. excipi hinc. id ē ab ista regula. qz licet faciat ablatiuū in e ⁊ in i. tamen facit gtūm pluralē in um ⁊ non in ium. vt fortiorum. Excipiuntur etiam illa que sequuntur in littera. videlicet artifex artificū. ⁊ est magister alicuius artis. memor memoz. ⁊ est ille qui recordatur. vetus veterū. vigil vigilum. sacerdos sacerdotum. i. presbyter. custos custodum. ⁊ est ille qui custodit. locuples locupletum. id est diues

Cper ium fit et el: fraus et laus um tibi prebet.

Dicit q nomen terminatum in e vel in el facit gtūm pluralem in ium. vt allec allecium. ⁊ mel mellium. si esset de vsu. Deinde dicit q fraus et laus faciunt in um. vt fraus fraudū. laus laudum

Non crescens per ium facit is aut es genitiuum.

Dicit Auctor q nomen terminatum in es vel in is non crescēs in genitiuo singulari facit ium in genitiuo plurali. vt sedes sedium. et colles collium.

Um dat apis volucris canis panis iuuenisqz:
Et soboles heresis cum fruge vel indole vates

Auctor ponit exceptionem a regula predicta dicens. q nomina in littera posita licet terminētur in is vel in es ⁊ non crescant in gtō singulari. tū non faciunt gtūm pluralem in ium. sed in um. vt hec apis. in genitiuo facit apum. hec volucris. gtō harum volucrum. i. auis: panis panuz. canis canum. iuuenis iuuenum. soboles sobolum. id est pgenies. heresis heresum. vicium contra fidem. fruges frugum. id est fructus. indoles facit indolum. id est ingeniū vel pgenies: hic vates. i. poeta vel propheta vel diuinator. solet etiā declinari in cōmuni genere. vt hic ⁊ hec vates. Nota apis per i habet apum in genitiuo. ⁊ tunc excipitur. sed apes per e habet apium. ⁊ tunc nō excipitur. Volucris in genitiuo. ⁊ tunc non excipitur

Ons per ium formas: is iungis r precunte
Consors atqz cohors demantur que faciunt tum.

Dicit q nomen terminatum in ons facit genitiuum pluralem in ium. vt mons montium. Tu iūgis etiam s. id est nomen terminatum in s r precedente. vt pars partium Deinde ponit exceptionem dicens q illa nomina consors ⁊ cohors demantur. que licet terminentur in s r p̄cedente. tū non habent ium in genitiuo plurali sed tum

Simplex compositi normam quandoqz tenebit
Sic coroqz probat si componatur vtrunqz

Ista littera scōm aliquos per hypalagen. id est per contrarium exponitur. Existi dicunt. simplex tenebit aliquando normam compositi. id est compositum tenebit aliquando normam simplicis. Sed hec expositio michi non seruit. qz hoc est dictum supra. Simplicium norma ⁊c. Sed alij exponunt litteram vt sonat. dicentes q simplex nomen tenebit quandoqz normam compositi. Maz sicut concors facit concordium in genitiuo plurali. ita cor facit cordium. Et sicut inops facit inopum. ita ops facit opum. Ratio littere. quia declinatio nominum simpliciuz aliquādo est ignota ⁊ inusitata. ⁊ declinatio compositi est nota ⁊ vsitata. ideo simplex quandoqz declinatur sm normam vel regulam sui compositi. Unde declinatio huius nominis inops est magis vsitata q̄z declinatio huius nominis ops. eo q ops caret aliquibus casibus quibus non caret inops.

Sepe per um vel ium facit ans aut ens genitiuum.

Dicit Auctor q nomina terminata in ans ⁊ in ens sepe faciunt genitiuum pluralem in um. vel in ium. vt amans amantum vel amantium. legens legentum vel legentium. Nota q nomina terminata in ans vel in ens scōm formationem regularem habent ium in genitiuo plurali. sed per syncopam quandoqz capiunt um. Et ex illo q talis syncopatio iam est vsitata. ideo dicitur communiter q talia nomina habent um vel ium in gtō plurali indifferenter.

Glans dat ium: gens mens dens sociabitur istis

Auctor ponit exceptionem a regula predicta dicens Nomina in littera posita licet terminentur in ans vel in ens. tamen faciunt genitiuum pluralem in ium tantum. vt glans glandium. dens dentium. gens gentium. mens mentium.

Calx plebs puls seps stirps per ium falx arx simul et lanx

Dicit q nomina in littera posita faciunt genitiuum pluralem in ium tantum. vt calx calcium. et est postrema pars plante. vel lapis coctus qui aqua accenditur ⁊ oleo extinguitur. Plebs plebiū. ⁊ est populus ignobilis siue vulgus. ⁊ dicitur plebs a pluralitate. quia plures sunt ignobiles q̄z nobiles. Est enim plebs collectio tantum ignobilium. Puls pultis. ⁊ est pulmentum simplex ex

C. ium
El. Aus um
Is ⁊ es nō crescens dat ium.
Um
Ons ium
rs
Simplex sequitur compositū.
Ans um vl iū
Ens

Tertia declinatio

farina a pellendo sc̃z infirmitatem ⁊ debilitatem victa Seps sepium. ⁊ est quidam exiguus serpens qui carnem ⁊ ossa veneno consumit ⁊ in puluerem redigit. Stirps stirpium. ⁊ est radix. trunc⁹. p/ geries. Falx falcium. ⁊ est instrumentum aptum segetibus vincis ⁊ pratis. Unde. Falce puto vi neam. meto sata. tondeo prata. Arx arcis arcium. ⁊ est turris. Lanx lancium. ⁊ est latus discus. et dicitur a latus ta. tum. Sed proprie lances sunt scutelle de libra pendentes. Et hinc lanx ponitur quandoq̃ pro libra.

Dempta carne per um facies a vel o sociando
Il vel ul n q̃ simul: er solam iungimus: irq̃.
Cor demas: or aut ur ponas: as addere debes

a o il ul n er ir or ur as

gtõ um

In hac parte Auctor ponit vnam regulam que talis est. Nomina tertie declinationis terminata in a vel in o faciunt gtũm pluralẽ in um: vt thema tum. ⁊ sermo num: dempta. id est excepta hac dictione carne que facit carnium: sociando cuz predictis terminata in il vel in ul que faciũt in um vt consul consulum. ⁊ vigil vigilum. ⁊ in n littera vt nomen nominũ. ⁊ delphin delphinuz. Nos iungimus cum predictis terminata in er solam. vt pater patrum Et dicit solam. vt excludat illa que habent er cum alia terminatione in ntõ casu singulari sc̃z que formant de se femininuz per is ⁊ neutrum per e. quoniam ipa non continent sub hac regula. vt siluester siluestris ⁊ stre. Jungi/ mus etiam cum predictis terminata in ir. vt martyr martyz. Tu pone etiam cũ p̃dictis termina ta in or. vt soror sororz. ⁊ terminata in ur vt murmur murmuz. Sed tu demas. i. excipias hoc no/ men cor quod facit cordiũ. Tu debes addere p̃dictis terminata in as. vt pietas pietatiũ Si quera tur quare Auctor ponit in littera cor. cũ supra dederit regulã p quam potest facere gtũm sc̃z illam Simplex cõpositi. Dicendũz q̃ auctor posuit hic in littera ad denotandum q̃ fm qõ facit gtũm p regulam suoz cõpositoz. q̃ fm hoc excipitur ab ista regula sc̃z a regula data de nominib⁹ termina tis in or. Diceres auctor videtur esse ꝓtrarius prisciano. qz prisciaⁿ expresse dicit q̃ terminata in as faciunt gtũm in ium. vt bonitas bonitatiũ. sed auctor ille dicit q̃ faciũt in um. ergo ⁊c. Ad hoc dicendũ q̃ non est ꝓtrariⁿ. qz postq̃z prisciaⁿus dixit q̃ faciũt in ium immediate subiũgit q̃ q̃ dam p syncopã pferuntur in um. vt bonitatum. Et auctor ille considerans q̃ illa syncopa magz est in vsu q̃z propria terminatio. ideo dixit q̃ faciunt in um tm̃. qz illa syncopa in vsu moderno est appriata. qz multa apud nos sunt ꝓpria q̃ apud antiquos fuerunt syncopata.

Que monosyllaba sunt adimes: velut est modo mas as.

Hic Auctor ponit exceptionem ab illa particula as addere debes. dicens. Tu adimes. id est excipi es illa nomina que sunt monosyllaba in as terminata. qz talia faciunt gtũm pluralem in ium vt mas marium. i. masculus. ⁊ as assium. id est obolus. pondus duodecim vnciarum. punctus vnus in decio. ⁊ possessio omniũ bonorũ alicuius que habet.

Is ⁊ es crescẽs dat ium

Si crescant is et es dant um. monosyllaba demes

Dicit Auctor q̃ nomina terminata in is ⁊ in es habentia gtũm crescentẽ supra ntũm faciunt ge/ nitiuum pluralem in um. vt miles militum. lapis lapidum. Sed deme monosyllaba que faciunt in ium. vt lis litium

Plus dat ium: sed pes dabit um: pluralia sola

Es ium

Que dant es fiunt per ium: sed deme penatum

Dicit Auctor q̃ hoc nomen plus dat ium. vt plurium. sed hoc nomen pes dat um. vt pedũ: plura lia sola. id est tantum pluraliter declinata que dant es in ntõ faciunt gtũm pluralem in ium. vt manes manium. id est dij infernales. vel anime infernales. ⁊ dicuntur a manum quod est bonum per contrarium. quia non sunt boni sed efferi et crudeles Vel manes dicuntur a mano manas: quia late manant per auras. ⁊ producit primã Unde oratius. Carmine dij superi placantur carmine ma nes. Sed deme penates quod facit penatum. id est domestici ⁊ priuati dij domibus presidentes. quos antiqui in domibus colebant.

Os us bs ps

Preter os: um faciunt os et us: sed et s pręeunte.

gtõ um

B vel p pones: et t: monosyllaba demes.

Dicit q̃ nomina terminata in os ⁊ in us faciunt genitiuum pluralem in um. vt flos florum. ⁊ cor pus corporum. preter os ossis quod facit ossium. Sic etiam faciunt terminata in s precedente b vel p. vt arabs arabum. ⁊ princeps principũ. Et t. id est terminata in t sic faciũt. vt caput capitũ. Monosyllaba demes. Hec est exceptio ab illa particula: Sed ⁊ s pęunte b vel p. q. d. q̃ monosyl/ laba faciunt in ium. vt plebs plebium. seps sepium

Jum ab ablati uo in i ⁊ in e

Supradicta notes: sed ium per cętera formes
Que prebent e vel i sexto: facit um sibi subdi

A capio compo sita dant um

Quod datur a capio: sic municipum tibi formo

Dicit Auctor q̃ tu notes supradicta. id est nomina que possunt contineri in supradictis regulis.

Quarta declinatio

Sed tu formes pro formare debes ium per cetera nomina que prebent e vel i sexto. id est ablatiuo singulari. vt Felice felici felicium. Si vero contineant in predictis regulis. faciunt genitiuum sicut i eis ptinet. Et illud nomen quod datur. id est derituatur a capio capis. per compositionē facit hanc terminationem ium sibi subdi in genitiuo plurali. vt municeps municipum. Et hoc est q̄ Auctor dicit. Sic municipum tibi formo. Componitur enim municeps ex munus ⁊ capio capis. ⁊ dicitur municeps quasi munus capiens. Et sic de alijs compositis a capio. vt mēceps mencipū. ⁊ est mente captus

Cunq̄ caput dabit eps: formabit ium velut anceps

Eps a caput dat ium.

Dicit Auctor q̄ hoc nomen caput si dabit eps in compositione formabit ium in genitiuo plurali velut anceps quod componitur ex am ⁊ caput. ⁊ facit ancipitium in genitiuo plurali. ⁊ idez est qd̄ dubius. Tamen est sciendum q̄ hi genitiui plerunq̄ syncopantur. vt ancipitum ⁊ bicipitum. id est duorum capitum.

X fixum dabit um: nisi nix nox atq̄ supellex

X fixū dat um.

Sensus est q̄ nomina substantiua in x terminata faciunt gtūm pluralez in um. vt lex legum. rex regum. nisi nix quod facit niuium. nox noctium. supellex supellectilium

Um supplex complex: sed ium faciet tibi simplex

Quia iam Auctor dixit q̄ nomina substantiua in x terminata faciunt gtūm pluralem in um. vt lex legum. visus est excludere adiectiua. ⁊ ideo dat doctrinam de istis adiectiuis supplex ⁊ cōplex. dicens q̄ faciunt in um. vt supplex supplicum. ⁊ dicitur qui suplicat ⁊ damnatur. ⁊ complex complicum. id est particeps mali. ⁊ hoc nomen simplex facit simpliciz. id est purus vel vnicus vl̄ indiuiduus vel fatuus.

Moze metri demit his vsus sepe vel addit.

I proceres iacit: u q̄z boues: u suscipit ales.

Dicit q̄ vsus grammaticorum sepe demit. id est aufert vel addit aliquid his sez genitiuis pluralibus moze. id est scōm mozem vel consuetudinem metri. Et hoc per exempla declarat dicens. Hoc nomen proceres iacit i. quia in plurali deberemus dicere procerum per illam regulam. Pluralia sola. ⁊ dicimus procerum. ⁊ hoc nomen boues iacit u in genitiuo. quia deberemus dicere bouum. per illam regulam Preter os: um faciunt os ⁊ us. ⁊ dicimus bouum. Sed hoc nomen ales suscipit u in genitiuo plurali. quia deberemus dicere alitum. per illam regulam. Si crescant is. ⁊ dicimus alituum. ⁊ idem est quod auis quando est substantiuum. sed quando est adiectiuum tunc idez est quod velox.

Tertius est in ibus: et ei sextum sociamus

Dtūs ibus ablatiu⁹

In hac parte Auctor expedit tertiam declinationem tradens regulam de datiuo ⁊ ablatiuo pluralibus. Et dicit. Tertius. id est datiuus est in ibus penul. cor. ⁊ ei sociabis sextū. id est ablatiuū. q. d. q̄ datiuus ⁊ ablatiuus plurales tertie declinationis faciunt in ibus. vt datiuo his patrib⁹. ablatiuo ab his patribus.

Bicemusq̄ boum seu bobus duplice casu

Bobus

Auctor dicit q̄ dicimus bum seu bobus duplice casu. videlicet in genitiuo bum ⁊ in datiuo ⁊ ablatiuo bobus ⁊ non buibus. Et sic patet q̄ bobus excipitur a regula predicta. videlicet. Tertius est in ibus. ⁊ ei ꝛc.

Quarta dat us recto: dabit u sed non nisi neutro

De quarta declinatione

Ptūs vs v

In hac parte Auctor determinat de quarta declinatione dicēs. Quarta declinatio dat us recto. id est nominatiuo. vt nominatiuo hic visus ⁊ hec manus. Et dabit u. sed nō nisi neutro generi. vt hoc cornu.

U non mutabis donec plurale tenebis

Dicit q̄ si nomen quarte declinationis in u terminatur. tu non variabis hanc terminationem u. donec tenebis pluralem numerum. hoc est dum eris in numero plurali. vt hoc cornu. huius cornu. huic cornu. hoc cornu. o cornu. ab hoc cornu In plurali tene variatur. vt inferius patebit.

Us genitiuus habet: sed tertius ui tibi prebet.

Gtūs us; Dtūs ui

Dicit Auctor q̄ genitiuus singularis nominatiui terminati in us habebit us productam. vt hic visus. huius visus. Sed tertius. id est datiuus prebet tibi ui: ut visui.

Um quarto dabitur: quintus recto similatur

Actūs um Vtūs similis ntō

Dicit Auctor q̄ hec terminatio um dabitur quarto. id est accusatiuo. vt hunc visum ⁊ hanc manum. Quint⁹ id est vocatiuus similatur. id est similis est recto. id est nominatiuo. vt hic visus. vocatiuo o visus.

U retinet sextus. sed flecte domum sapienter

Ablatiu⁹ u

Dicit Auctor q̄ sextus. id est ablatiuus tenet u. vt ablatiuo ab hoc visu. Sed flecte. id est declina

Quinta declinatio

sapienter hoc nomen domus. quod partim est secunde declinationis. ⁊ partim quarte. vt patebit in heteroclitis. ibi. Tota domus quarte mi. mo. rum. ⁊c.

Mtūs
Actūs vs
Vtūs

PRimo plurali dabis us bi nos sociando.

In hac parte Auctor determinat de quarta declinatione quantum ad numerum pluralē Et dicit. Tu dabis hanc terminationem us primo. id est nominatiuo plurali. vt pluraliter nominatiuo hi visus. sociando binos casus videlicet accusatiuum ⁊ vocatiuū qui etiam faciunt in us. vt accusatiuo hos visus. vocatiuo o visus

Neutra notāt.
Grūs uum

Neutra notare decet: genitiuus uum tibi prebet

Dicit q̃ neutra nomina sunt notanda: quia non faciunt in us. sed in a. vt cornua. Deinde dicit q̃ genitiuus facit in uum: vt visuum. Nota q̃ Auctor volens ostendere terminationem nominatiui accusatiui ⁊ vocatiui pluralis numeri neutri generis non exprimit illam terminationem sed p̃ supponit eam ex precedentibus. Nam sicut nomina neutri generis secunde vel tertie declinationis terminant predictos casus in a. sic etiam nomina quarte declinationis.

Dtūs
ibus
Ablatiuꝰ

Datq̃ datiuus ibus sextusq̃: sed excipiemus
Ante bus u seruant ficus tribus arcus acusq̃
Artus cum verubus portus partusq̃ lacusq̃
Et specus et quercus illis penus associemus.

In hac parte Auctor determinat de datiuo ⁊ ablatiuo pluralibus quarte declinationis dicens. Datiuus q̃ pro et sextus id est ablatiuus dant ibus penultima correpta. vt datiuo his visib⁹. ablatiuo ab his visibus Sed excipiemus. id est exceptionem faciemus vt infra videlicet q̃ nomina in littera posita u seruant ante bus. id est faciunt datiuum ⁊ ablatiuum plurales in ubus ⁊ nō in ibus. vt ficus ficubus. tribus tribubus. id est progenies. arcus arcubus. acus acubus. art⁹ artubus. id est quodlibet membrum. veru verubus. portus portubus. partus partubus. lacus lacub⁹ etiam est secunde declinationis. specus specubus. etiam potest esse secunde ⁊ tertie declinationis. quercus quercubus quedam arbor. etiam potest esse secunde declinationis. penus penubus etiam potest esse secunde ⁊ tertie declinationis. Cetera vero nomina quarte declinationis faciūt in ibus

De quinta declinatione
Mtūs es

OS rectus quinte dat semper et est muliebre

In hac parte Auctor determinat de quinta declinatione dicens. Rectus. id est nominatiuus singularis quinte declinationis dabit semper es vt res ⁊ spes. ⁊ est muliebre. id ē generis feminini

Mente diem memori volo compositumq̃ teneri

Dicit Auctor q̃ hoc nomen dies ⁊ eius compositum debent teneri memori mente. id est in mente. quia non sunt generis feminini. immo dies est generis incerti. ⁊ compositum eius meridies est generis masculini

Gtūs
ei
Dtūs

Ei dicetis genitiuis atq̃ datiuis

Hic Auctor determinat de genitiuo ⁊ datiuo singularibus quinte declinatiōis. Et dicit. Vos dicetis. id est dabitis ei. id est hanc terminationem ei genitiuis ⁊ datiuis singularibus quinte declinationis. vt hec res. huius rei. huic rei.

Dicit q̃ si dictio monosyllaba naturaliter producatur. vt vos ⁊ flos. tunc profertur accẽtu circũflexo. ⁊ si breuiẽtur naturaliter tũc profertur accẽtu acuto. vt per fer quis dux crux.

Si teneat primam dissyllaba dictio longam

De dissyllabis

De accentibus

Sitq; suprema breuis: veterum si iussa sequaris
Circumflectatur prior in reliquis acuatur.

Dicit q; si dictio dissyllaba primam producat ⁊ vltimam corripiat. sm antiquos prima circumflectatur ⁊ alia acuto accentu proferatur. vt mittat legat ⁊ mandat.

De polisyllabis

Seruabit legem polisyllaba dictio talem.
Si sit correpta penultima: quę preit illi
Seu sit producta seu non tamen est acuenda.
Si sit suprema breuis et penultima longa
Fiat natura: sit circumflexus in illa.

Dicit q; si dictio polisyllaba corripiat penultimam. tunc illa syllaba que preit illi. id est. penultime syllabe est corripienda. id est. acuto accentu proferenda. seu sit producta vt amabilis. seu non vt legibilis. Deinde dicit q; si suprema. id est. vltima syllaba sit breuis. penultima fiat longa natura. id est. naturaliter producatur. tunc accentus circumflex? sit in illa penultima syllaba. vt honorat ⁊ honorandus.

Illic in fine circumflectes comitesq;.

Dicit auctor. Tu circumflectes in fine hoc aduerbium illic ⁊ comites. id est. suos socios. vt illuc istuc illac istac illo. Hoc est. omnia aduerbia descendentia a pronominibus habent accentum circumflexum in vltima syllaba.

Vltima producta tibi si sit et antesuprema
Antesupremam acue: sic testificatur athene.

Dicit auctor q; si vltima ⁊ antesuprema. id est. penultima syllaba sit producta debet antesuprema proferri accentu acuto. vt athene.

Sed si productam positura dat antesupremam:
Hęc acuendo sonat: breuis vltima longa ve fiat.

Hunc dicit auctor q; si penultima syllaba per posituram. id est. per positionem producatur. hec scilicet penultima sonat acuendo. id est. profertur accentu acuto. siue vltima sit breuis. vt amandus siue longa. vt legendus.

Noster non penitus has normas approbat vsus.

Penitus dicit propter accentum circumflexum. quo moderni non vtuntur. quasi dicat q; he regule de accentibus antiquorum apud modernos non penitus approbantur.

Barbara concisa vox vsus et enclesis ista
Quassant interdum facit hoc distantia vocum.

Hic auctor assignat quedam impedimenta. que interdum quassant. id est. destruunt regulas de accentibus antiquorum ⁊ modernorum. Et dicit q; vox. id est. dictio barbara. vt daniel emaus. vel concisa. id est. syncopata. vt celicolum pro celicolarum. nostras pro nostrates. alpinas pro alpinates. vsus scilicet loquendi. vt delonge: ⁊ helena media producta licet corripi debeat et gr. ua et subdit causam. facit hoc distantia vocum. id est. hoc fit propter differentiā vocabulorum. Enclesis est que attrahit accentum de vna syllaba in aliam. vt de hac dictum est superius.

De modis pausandi

Pausat tripliciter lector: distinctio plena
Manq; fit: et media: fit subdistinctio terna.

Hic auctor determinat de accentu prout est particulariter in oratione. Et dicit sic. Lector. id est. ille qui legit. pausat. id est. accentuz facit tripliciter. Quasi dicat q; tres sunt pause in modo legendi. scilicet distinctio plena. media distinctio. ⁊ subdistinctio.

Tractat de speciebꝰ pause absolute q; sunt. Media distinctio. Subdistinctio. Plena distinctio.

Si suspensiua fiat constructio quando
Pausat: tunc media poterit distinctio dici.
Si sit perfecta constructio: sed tamen addi
Conuenit vt plene sententia possit haberi:
Si lector pauset ibi subdistinctio fiet.
Completo sensu fiet distinctio plena:
Hęc est periodus mutato nomine dicta.

Hunc declarat auctor illas tres pausas supradictas. Et dicit si constructio fiat suspensiua. quando lector pausat. ibi tunc ista talis pausa dicitur media distinctio. ⁊ debet sic figurari ⁊ debet vo

distineri donec perfectio constructionis inueniatur. Deinde dicit q̃ si constructio sit perfecta ita tamen q̃ aliquid addi conueniat. vt sententia possit haberi plene. si lector tũc pauset illa talis pausa debz dici subdistinctio ⁊ figuratur sic Preterea dicit q̃ completo vsu vel sensu. id est. completa sententia tunc fit pausa que dicitur plena distinctio que etiam alio nomine dicitur periodus. Et hoc est quod dicit. hec sit periodus mutato nomine dicta. Et talis pausa debet sic figurari. Octarum trium pausarum patent exempla in hac periodo. Si quid agis. ecce media distinctio que alio nomine dicitur cõma. prudenter agas. ecce subdistinctio que alio nomine dicitur colon. ⁊ respice finez. ecce plena distinctio. que alio nomine dicitur periodus.

Est metrum media distinctio: finis habetur
Versus periodus: est subdistinctio punctus.

Hunc auctor vocet mutare nomina dictarum pausarum. Et dicit q̃ media distinctio dicitur etiam metrum. ⁊ intellige hm grecos. Finis versus. id est. constructionis totiꝰ habetur periodus. Et dicitur periodus a peri quod est circum. ⁊ oda cantus. quasi circularis cantus. quia sicut in circulo est perfectio rotunditatis. ita ista periodus habet locum in fine perfectarum ꝛstructionũ. Subdistinctio alio nomine dicitur punctus figuratus taliter

Pro puncto sepe metras: sed non retrouerte:
Sustentans pauses: si bis metrare recuses.

Hic auctor ostendit quomodo vna pausa ponitur pro alia. Dicit enim. Tu metras. id est. facis metrum seu mediam distinctionem sepe pro puncto. id est. pro subdistinctione. Pro puncto enim eleuato potest legens facere punctum depressum. vt hic. Manus habent ⁊ non palpabunt. pedes habent ⁊ non ambulabunt. non clamabunt in gutture suo. In qualibet istarum orationũ est perfecta oratio. sz tamẽ exigitur aliquid addi. ⁊ sic in qualibet est punctꝰ eleuatus. id est. subdistinctio. Sed si vis facere punctum depressum. id est. mediam distinctionem pro puncto eleuato. id est. subdistinctione. ne cadez pausatio pluries repetita fastidium generet. potes facere q̃ dicas. Manus habent ⁊ non palpabunt. pedes habent ⁊ non ambulabunt. non clamabunt in gutture suo. Sz dicit q̃ non fit econuerso vt pro metro fiat punctus. non enim debemus ponere punctum eleuatum pro puncto depresso. Et ratio huius est quia minoris est supplere vices maioris ⁊ non econuerso. Media enim distinctio cum fiat in constructione suspensiua minor est ꝗ subdistinctio. que fit in oratione perfecta. Sustentans pauses si bis metrare recuses. Dicit auctor in hoc versu. Si te piget facere plura metra. id est. medias subdistinctiones vel legere puncta depressa potes legere vocem tuam aliquantulum sustinendo. vt cum dicitur. Rege venente ad ecclesiam deum habente p̃ oculis orante pro peccatoribus erudita est oratio eius ⁊ profuit illi. In qualibet pausationum istarum esset metrum si velles. sed si recuses istud. potes legere vocem nec deprimendo nec eleuando. sed equaliter sustinendo. Totum istud patet in legendis. epistolis. ⁊ euangelijs. ⁊ alijs sermonibus. Item cum periodus non inueniatur nisi semel in versu quolibet. propter hoc non est in eodem versu ipsius repetitio. propter quod non oportet aliquid reperiri propter periodum quod supleat vices eius. Ite fm alios pũctꝰ ẽ signũ segregãs intellectũ ⁊ spm recreãs platorl. Et ẽ dupler. s. eẽntialis ⁊ accidẽtalis. Essentialis pũctꝰ ẽ qui sp in q̃cũq̃ põitur ozone. Sũt autẽ pũcti eẽntiales quinq̃. s. Suspẽsiuꝰ ⁊ ẽ simplex vgula qui solz quietl gra poni añq̃ sensus aliq̃s clausule hẽatur. vt moz / Heminꝰ pũctꝰ. ⁊ ẽ quo vtimur vbi clausula maiorẽ q̃ndã quietẽ hz. ⁊ tñ sensũ impfectũ. vt moz / obitꝰ q̃ : Cõma ẽ pũctꝰ planꝰ in supiori pte linee positꝰ vel in inferiori cũ vgula supiꝰ eleuata quo vtimur vbi sensus nõ ẽ expleto nũcro pclusus. vt moz / obitꝰ q̃ : terribil ẽ his. Colon ẽ pũctꝰ planꝰ in inferiori pte linee positꝰ. quo vtimur vbi sensus a toto corpe abruptꝰ ẽ. vt moz / obitꝰ q̃ : terribilis ẽ his / quoꝝ cũ vita oia extinguũtur. Periodꝰ ẽ pũctꝰ planꝰ cũ vgula curua inferiꝰ circũflexa quo vtimur in fine clausule. vt moz / obituſq̃ : terribilis ẽ his / quoꝝ cũ vita oia extinguũtur. nõ his quoꝝ laus enozi nõ põt. Accidẽtalis pũctꝰ ẽ qui ñ sp ẽ ex aliquo accidente in ozone põitur. Sũt autẽ pũcti accidẽtales q̃ttuor. s. interrogatiuꝰ ⁊ ẽ qui interrogationez significat. vt Sz vos qui tãdẽ ? Exclamatiuꝰ seu admiratiuꝰ ẽ qui admirationẽ cuz exclamatiõe significat. vt Tãte ne animis celestib ire. Semipũctꝰ ẽ vgula q̃ in fine linee põitur cũ dictio imperfecta ẽ cuiꝰ ps in sequentẽ lineã trãsit. vt hic / Parẽthesis ẽ interposita ozoni sua duplici signata diastole. vt Mãq̃ (fateor enim) dum me galathea tenebat.

Imponit predictis pausis alia nomina q̃ sunt Metrus quod etiam dz coma Pũctꝰ qui etiã dz colon Periodus

Tractat de speciebꝰ pause cõparatiue

Pluribus est membris distincta figura loquele.
Hec sunt schema tropus metaplasmus: rursus earũ
Quamlibet in species proprias distinguere debes.

Capitulus duodecimus ꝺ figurl

In isto vltimo capitulo auctor intendit determinare de figurl locutionis. Et primo diuidit eas in generali. secundo in speciali. Secunda ibi. Quamlibet in species. Ad primam partem sic dicit. Figura loquele. id est. figura locutionis est distincta. id est. diuisa pluribus membris. quasi dicat. q̃ figure locutionis sunt multiplices. Et hoc declarat dicens. hec scilicet membra figure locutionis sunt schema. tropus. ⁊ metaplasmus. Deinde subdiuidit figuram locutionis dicens. Rursus debes distinguere quamlibet earum in proprias species. vt patebit in sequentibus.

Sunt plures alie scripto vel voce figure.
Hec sunt exempla: pleonasmus acyrologia

Et cacosyntheton:et eclipsis:tautologia:
Amphibologia:tapinosis:macrologia:
Perissologia:cacephaton:allotheta.

Nota q̃ triplex est figura. scilicet dictionis locutionis ⁊ constructionis. De figuris constructiõis hic principaliter nõ intendit. sed de figuris dictiõis ⁊ locutiõis. Et ẽ sciendũ q̃ figura dictiõis fit in dictiõe. vt audiit p audiuit. Figura locutiõis fit in mõ loq̃ndi. vt fistula pflauit buccas. i. bucce pflauerũt fistulã. Figura ꝓstructiõis fit in mõ ꝓstruẽdi. vt ego ⁊ tu legim⁹. De figurꝭ ꝓstructiõis dictum est superius in capitulo de regimine dictionũ. ibi scilicet. Hic iubet ordo libri ⁊c Et est sciendum q̃ iste figure dicuntur vitia annexa ⁊ habent excusari per tropum. de quo dicetur ibi. Multa tropi ⁊c.

Sed nequit his sole vel barbaris associari
Sunt etenim vitia nulla ratione redempta.

Hic auctor dicit q̃ soloe. id est. soloecismus vel barbaris. id est. barbarismus nequit associari predictis figuris seu vitijs annexis. eo q̃ sunt vitia nulla ratione redempta. hoc autem dicit. vt caueamus nobis ab eisdem q̃ q̃ metaplasmus excuset barbarismuz. ⁊ schema soloecismũ.

Barbarismus

Barbaris est vocis corruptio facta latine:
Hoc vicium facimus dicendo domina dominus.

Barbarismus dicitur quasi mos barbarus. Et dicuntur omnes barbari. qui nõ sunt greci vel latini. Dicit ergo auctor barbaris. id est. barbarismus est corruptio vocis latine facta. Barbari enim venientes romam corrumpebant proprietates vocis latine. Ideo dicebant latini. Isti cõmittũt barbarismũ. id est. hoc vicium faciunt dicendo domina dominus cum media producta. que potius est corripienda. Pro quo sciendum q̃ barbarismus vel dissonans est qui apud poetas metaplasmus dicitur. est contra latini sermonis legem aut scripta aut pronunciata vitiosa dictio. Et committitur octo modis. Primo additione. ⁊ hoc quinq̃z modis. scilicet littere. syllabe. temporis. toni. ⁊ aspiratione. Additione littere quando vltra rationem littera adiungitur. vt reliquias danaum p reliquis. Additione syllabe cum vltra rationẽ syllaba adiungitur. vt Hauoris pro mars. Additione temporis cum correpta syllaba ponitur pro longa. vt italiam fato profugus. Additione toni. vt si quis rhomanos accentu circumflexo proferret cum acuto proferri debeat. Additione aspirationis. vt si quis chorionam cum aspiratiõe proferret cum leniter proferri debeat. Secundo detractione committitur barbarismus eque modis quinq̃z. scilicet littere. syllabe. temporis. toni. ⁊ aspirationis. Detractione littere cum detracta littera structure gratia syllaba longa corripitur. vt apud luciliuz. pretor ne fias pro praetor. vel cuz simpliciter littera detrahitur. vt immit achilli pro achillis. Detractione syllabe cum structure gratia syllaba detrahitur vt repostum pro repositum. Detractione temporis cum structure gratia producta syllaba pro breui ponitur. vt feruere leucatem pro feruere. Detractione toni. vt si quis rhomanus acuto proferret accentu cũ circumflexo proferri debeat. Detractione aspirationis. vt si quis omo sine aspiratione prpferret cuz debeat aspere pronũciari. Tertio immutatione similiter barbarism⁹ quinq̃z modis committitur scilicet littere. syllabe. temporis. toni. ⁊ aspirationis. Immutatiõe littere si litteraz pro littera posuerimus. vt olli pro illi. Immutatione syllabe si syllabam p syllaba posuerimus. vt quum pro cũ. Immutatione temporis si tempus pro tẽpore posuerim⁹. vt terrasq̃z tractusq̃z. Immutatione toni si accentum pro accentu posuerimus. vt vos acutum pro circũflexo. Immutatiõe aspirationis si vascam p psili posuerimus ⁊ econuerso. vt hamo pro amo. ⁊ omo pro homo. Quarto transmutatione itidem barbarismus modis quinq̃z committitur. scilicet littere. syllabe. temporis. toni. ⁊ aspirationis. Transmutatione littere. vt euandre pro euander. Transmutatione syllabe. vt displicina pro disciplina. Transmutatione temporis. vt si quis diceret latinus antepenultima producta ⁊ penultima correpta cuz debeat econtrario dicere. Transmutatione toni. vt si quis diceret adamantin⁹ transmutato acuto antepenultime in penultimam. Transmutatiõe aspirationis. vt si quis diceret incoho transmutata aspiratione penultime in vltimam. Quinto iotacismo committitur barbarismus si i littera supra iustum decorem in dictionibus ostendatur vt domini i littera nimium protenta. Sexto labdacismo barbarismus committitur. vt si l littera supra iustum decorem in dictionibus ostendatur. vt alma l littera nimium protenta. Septimo metacismo barbarismus committitur cum in fine dictionis pronũciatur m sequente dictione a vocali incipiente. que tm̃ scribi non autem enũciari debeat. vt quouszq̃z tandem abutere. Octauo hiatu committitur barbarismus cum plures inter se vocales sine psonante ꝓcurrũt. vt Eoasq̃z acies

Barbaralexis

Si tamen eloquijs commisces verba latinis:
Barbara vectores hanc dicunt barbaralexim.

Quasi dicat q̃ si latini vtantur verbis barbarorũ in sermonibus suis. illud tale vitiũ dicitur barbaralexis. id est. ratio barbarorum. Donatus tamen dicit. barbarism⁹ fit in lingua latina ⁊ barbaralexis in peregrina. Vnde barbaralexis est tota pegrina dictio orioni inserta latine vt apud

ciceronem. Quē purpura regalis non cōmouit. cum sardoꝝ mastruca mutauit. quod sardum est
vocabulum. Et apud Maronem. Arma virum tabulesq; & troia gaza p vndas. qd psic? ē termin?.

Est solęcismus incongrua copula vocum:
Vt si dicatur vir bellica: sponsa pudicus. Solocismus

Solocismus dicitur quasi mos solocensium. Soloe enim est quedam ciuitas inter greciam et barbariam. cuius ciuitatis populi venientes athenas vt linguam athenienſiū addiscerent: suam pariter & illorum corrumpebant. vnde & libuit athenienſib? vt illud vitium solocism? vocaretur. Nunc consequenter auctor declarat quid sit solocismus dicens. Solocismus est incongrua copula vocum. id est. est vicium in contextu partium orationis contra regulas artis grammatice factum. vt si dicatur. vir bellica. sponsa pudicus. debemus enim dicere. vir bellicus. sponsa pudica. Item solocismus qui apud poetas schema. ab asinio capitone imparilitas. et a vetustioribus scribiligo dicebatur est inconueniens rhomano sermoni iunctura verborum. Et committitur se decim modis. Primo cum vna pars orationis pro alia ponitur. vt torquemq; repente clamat. pro torque. & dardanus pro dardanis. Secundo cum genus pro genere ponitur. vt purpurea narcissus. pro purpureus. Tertio cum finitū pnomen pro infinito ponitur. vt si dicamus de absente. hic facit. pro hic fecit. & d̄ presenti. is fecit. pro is facit. Quarto cum casus pro casu ponitur. vt vrbem quā statuo vestra est. pro vrbs. Quinto cum numer? pro numero ponitur. vt pars in frusta secant. pro secat. Sexto cum persona pro persona ponitur. vt danai qui parēt atridis ęq; primū arma sumite. pro qui parentis. Septimo cum tempus pro tempore ponitur. vt nec veni nisi fata locum sedemq; dedissent. pro venissem. Octauo cum verbōꝝ significatio pro significatione ponitur. vt spoliantur eos & corpora nuda relinquūt. pro spoliant. Nono cum verbōꝝ modus pro modo ponitur. vt at rutulo regi ducibus ea mira videri Ausonij. pro videbantur. Decimo cum aduerbia localia pro aduerbijs ponuntur. vt intro sum. pro intus. Vndecimo cum prepositio pro prepositione ponitur. vt rapuitq; in fomite flammam. pro ad fomitem. Duodecimo cum vnus comparationis gradus pro alio ponitur. vt respondit iuno saturnia sancta dearum. pro sanctissima. Tertiodecimo cum duo in oratione geminātur abnegatiue. vt nihil nunq̄ peccaui. pro nihil vnq̄. Quartodecimo cum particula primo loco ponenda postponitur vel econuerso. vt cum dicis. Armaq; virumq;. Quintodecimo cum accentus pro accentu ponitur. vt longo post tempore venit. vbi post quod graui accentu. pnūciandum esset. pnūciatur acuto. Sextodecimo cum vnum salutantes. saluete dicam?. Fiunt preterea pluribus alijs modis solocismi quos reprehendendo magis ęq; imitando notare possumus. Et nota q̄ inter solocismū & barbarismū hoc interest. qz solocismus habet voces discrepantes inter se. vt vir bellica. barbarism? vo fit in singulis dictionibus scriptis vel pronunciatis.

Barbaris et solę tibi sunt penitus fugiendę.

Dicit q barbaris. id est. barbarismus. & soloe. id est. solocismus sunt penitus fugiende tibi. id ē non debent vsitari.

Impropie posita vox format acyrologiam: Acyrologia
Si dicas requiem timeo: vel spero laborem.

Determinato de barbarismo & solocismo nunc particulariter procedit in declarationē vniuscuiusq; vitiorum annexorum. Et primo determinat de acyrologia dicens. vox. id est. dictio impropie posita format acyrologiam. vt si dicas. Requiem timeo. vel spero laborem. Item acyrologia est dictio minus decenter elata. vt at sperate deos. p timete. Vel non. pris dictionibus obscurata sententia. vt Accedo ad ignem hunc. pro ad meretricem.

Dictio turpe sonans cacephaton: arrigit aures Cacephaton
Detur in exemplum: vel tu cum compare ludis.

Cacephaton est obscura enunciatio vel in composita dictiōe vel in vno verbo. vt numerum cum natibus equat. Et in Terentio. Arrige aures pamphile.

Atq; superuacua dici debet pleonasmos Pleonasmos
Additio vocis: vt sic est ore locuta.

Pleonasmos est superuacue vocis additio ad plenam significationem. vt sic ore locuta est. Ecce li ore superuacue additur. quia satis intelligebatur per illam dictionem locuta.

Signat idem verbis diuersis tautologia. Tautologia
Exultans redeo rursus gaudensq; reuertor.

Tautologia est eiusdem verbi repetitio vitiosa. vt in exēplo auctoris. Exultans redeo rursus gaudensq; reuertor. Nam iste clausule idem important licet per diuersa verba.

Dicitur vnius verbi defectus eclipsis Eclipsis
Quod poni debet vt sit constructio plena:
Hęc secum: precibus ne bonum parere precantis.

De speciebus metaplasmi

Eclipsis est quidam defectus necessarie dictionis que poni deberet vt ostructio fieret plena.i.pfecta. vt patet in littera. Hec secum. deficit loquebatur.precibus ne bonũ parere precant.deficit.n. sit.7 dr ab e quod est extra 7 clepo clepis qd idem est q furor rar.qr qd subtrahimus furamur.

Tapinosis

Cum per verba rei magne summissio fiet
Tunc tapinosis erit:si dicatur mare gurges.

Tapinosis est humilitas rei magne.nõ id agente.i.significãte.sentẽtia qd demõstrat.Construe. Tapinosis erit tunc pro quãdo summissio rei magne fiet per verba.scilicet humilia. vt si dicatur mare gurges. Gurges est enim parue aque riuus. Mare vo est omniũ capax aquarum.

Cacosyntheto

Et male confusa cacosyntheton est vocitanda
Congeries vocum:te moui prelia contra:
Discipulos cedit cum virgis terga magister.

Cacosyntheton est vitiosa dictionũ compositio.Construe.Congeries.id est.compositio vocum.i. dictionum male confusa.id est.male ordinata est vocitanda cacosyntheton. Deinde ponit exemplum.Cedit cum virgis discipulos terga magister. Iste enim dictiones confuse ordinantur. qd patet reducendo ipsas ad debitum ordinem.

Perissologia

Perissologia dicenda superflua vocum
Additio sine ui rerum que significantur:
Qua poterant ibant:sed non qua non potuerunt.

Perissologia est superuacua vel superflua additio vocum.id est.dictionũ sine vlla vi rerum. vt in exemplo auctoris. Ibant qua poterant.sed non ibant qua non potuerunt. Multa enim sunt hic superflua.que non habent vllam vim rerum. Bene scimus q non ibant nisi per locum per quẽ poterant.superfluum ergo est hoc addere.

Macrologia

Cum res comprehendit varias sententia longa
Macrologia datur:prologis hoc sepe videmus.

In istis metris Auctor dicit q cum sententia longa comprehendit res varias.id est.non necessarias.tunc macrologia committitur. vt in hoc exemplo. Legati non impetrata pace.retro vnde venerant.domum reuersi sunt. Ideo dicit.hoc sepe videmus in prologis.quia multa cõtinentur in prologis que non sunt necessaria.

Amphibologia

Amphibologia constructio non manifestans
Sensum perfecte:puto te socium superare:
Hoc fit multotiens:quia non determino plene
Affectum mentis defectu prepediente:
Siue duplex sensus ex verbis possit haberi.

Amphibologia est ambiguitas sermõis seu dictionis.q̃ fit aut per accusatiuũ casum.vt siquis dicat.puto te socium superare.aut per cõmune verbum.vt criminatur cato.aut per distinctionem.vt vidi statuam auream hastam tenentem. Fit etiaz per ononyma.vt siquis aciem dicat.7 nõ addat oculorum vel exercitus vel ferri. Fit preterea plurib? alijs modis.quos recensere omẽs.ne nimis fit non oportet. Ononyma sunt ea quoꝝ varia sunt significata.vt acies 7 lyra.

Allotheta

Confundit casus numeros genus allotheta.

Allotheta est generale vicium.ideo non computatur cũ predictis decem. Et habet fieri per casus. vt vrbem quam statuo vestra est. Per numeros.vt armato milite complent. Per genera. vt preneste sub ipsa.

De speciebus metaplasmi

Addendo sepe fiet metaplasmus:et eius
Prosthesis est species:epenthesis:et paragoge.
Subtrahit interdum:species tunc eius habende
Aphereſis vel syncopa sunt:vel apocopa finis.

Dicto de vitijs annexis.sequitur de figuris excusantibus dicta vicia annexa. Et primo de figuris excusantib? barbarismũ. Secundo solocismũ. Tertio vitia annexa. Secunda ibi. Dat species. Tertia ibi. Multa tropi. Dicit ergo sic. Metaplasmus fiet sepe addendo scilicet litteraz vel syllabam. 7 tunc eius species sunt prosthesis epenthesis 7 paragoge. Subtrahit interdum.id est. aliquando metaplasmus fit subtractione littere vel syllabe. Et tunc eius species sunt aphaeresis syncope 7 apocope. Item metaplasm? est trãsformatio quedam recti solutiq̃ sermonis in alterã speciem metri aut decoris causa figurata.

De speciebus metaplasmi

Aphaeresis tollit capiti: quod prosthesis addit.
Syncopa de medio tollit: quod epenthesis auget.
Hoc fini quod tollit apocopa: dat paragoge.

Aphaeresis
Prosthesis
Syncope
Epenthesis siue pleonasmus siue ecstasis
Apocope
Paragoge

Nūc declarat species metaplasmi supradictis. Et dicit q̃ aphaeresis tollit .i. aufert litterā vel syllabam de principio dictionis. Litteraz. vt rnit omnia late. pro eruit. Syllabam. vt mitte. p omitto. pro nato. Syllabaz. vt retuli. pro tuli. Syncope aufert de media dictione. vt nozam. pro noue vt relligione patrum. pro religione. Syllabaz. vt indupator. pro impator. Apocope tollit fini dictionis litteram vel syllabam. Litteram. vt dic. pro dice. Syllabam. vt mi. pro mihi. Sed paragoge addit ad vltimam simplicis dictionis clausulam. aut litteram aut syllabam. Litteram. vt hostis. pro hosti. Syllabam. vt potestur. pro potest.

Si longam breuies: debet tibi sistola dici.

Sistole

N.d.q̃ sistole cōmittitur. si littera longa naturaliter corripitur. vt in catone. Non eodem cursu et cetera. Aliud exemplum Aquosus orion.

Ectasis esse solet: si producis breuiandam.

Ectasis

Ectasis fit quando syllaba naturaliter breuis producitur. vt in Ouidio. Vitam dederitis in vnidis. Aliud exemplum. Exercet diana choros.

Bis binas species habet ectasis: hasq̃ vocamus
Cesuras: faciet pentimemerim tibi terni
Syllaba prima pedis: ubi produces breuiandam.

Huius species sunt quattuor que etiam dicūtur cesure

Cesura dicitur a cedo dis. i. diuido dis. quia per cesuram diuiditur aliquid ab alio p̄cedēte. ⁊ vniitur cum sequente. Dicit q̃ ectasis habet quattuor species. ⁊ ipsas appellam⁹ cesuras. Vnde videndum est quid sit cesura. Cesura ē innaturalis extensio. que fit in principio pedis ⁊ in fine dictionis. Et nota q̃ nūq̃ fit in primo nec in vltimo pede versus. Fit enim in principio tertij pedis quando syllaba breuis producitur. vt in Ouidio. Mittit hy. per me. stra de. tot modo. fratribus vni. Et ista talis cesura vocatur pentimemeris. Et hoc est quod dicit. Faciet pentimemerim ⁊ cetera.

Prima
Pentimemeris

Semi vel ante preit: produceturq̃ secundi
Prima pedis: vt in hoc poteris comprehendere versu.

Secunda
Semipentimemeris vel antipentimemeris.

Quasi dicat q̃ semipentimemeris vel antipentimemeris fit producendo primam syllabam secundi pedis. que naturaliter breuis erat. vt poteris comprehendere in hoc versu. In scansiōe dicim⁹ Prima pe. dis vt in. hoc pote. ris com. prehendere. versu.

Quarti prima pedis heptimemerim tibi format
Producendo breuem: versus hoc denotat iste.

Tertia
Heptimemeris

Id est. heptimemeris fit breuem, pducendo. vt in principio quarti pedis versus iste denotat hoc videlicet. Produ. cendo bre. uem ver. sus hoc. denotat. iste.

Postheptimemerim dat quinti syllaba prima
Curtam producens: sicut versus habet iste.

Quarta
Postheptimemeris

Quasi dicat q̃ postheptimemeris fit breuem, pducendo in principio quinti pedis. sicut iste versus habet. id est. manifestat vel continet. Curtam. produ. cens si. cut ver. sus habet. iste.

Altera cesure species: si subijciatur
A vel vocali vox cuius littera prima
Vocalis: nec in his ideo collisio fiet.
O vtinam populum hunc saluet gratia christi.

Alia spēs ectasis siue cesure

Positis principalibus speciebus ectasis. nunc ponit minus principales. Et dicit. alia species cesure est. si vox. id est. dictio cuius prima littera est vocalis. subijciatur huic littere m vel vocali. nec in his dictionibus ideo fiat collisio. id est. si non abijciatur aliqua dictarum litterarum. Exemplum ponit ipse in littera. O vtinam populum hunc ⁊c. Cum dicit. O vti. ecce illa dictio o finitur in vocalē. ⁊ sequēs dictio. s. vtinā incipit a vocali. Cum ho dicit populum hunc. ecce li populum finitur in m. ⁊ sequēs dictio. s. hic incipit a vocali. ⁊ neutra ipsarū abijcitur. immo remanet in vsu. vt patet. O vti. nam popu. lum hunc. saluet. gratia. christi.

Syllaba diuiditur tunc dieresis vocitatur:
Aulai in medio libabant pocula bacchi.

Diaeresis

Dicit A. q̃ si vna syllaba diuiditur in duas. tunc dieresis vocitatur. id est. nominatur illa figura. Exemplum patet in littera. Aulai in medio ⁊c. aulai pro aulae.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

De speciebus schematis

Synaeresis Episynaloepha

Si iungas plures dic synęresim tibi factam.
Hęc eadem species dicatur episynalępha.
Fixerat eripedem ceruam: vir et eneus esto.

Syneresis fit quando due wcales in eadē dictione posite in vnā cogunt earū. vt di pro diū. Que figura alio nomine dicitur episynaloepha ⁊ fit quando due syllabe in vnam pglutinātur. vt patet in exemplo littere. Fixerat eripedem pro aeripedē. id est. velocē. vir eneus pro aeneus. id est durus vel crudelis. hec autem figura est contraria diereſi de qua dictum est.

Ecthlipsis vel ellipsis Synaloepha

Ellipsis necat m: sed synalępha vocalem:
Tu populum alme deus: saluasti a morte redemptor.

Ellipsis vel ecthlipsis est psonantium cum wcalibus aspere pcurrentiū in diuersis dictionibus quedam difficilis ac dura collisio. vt tu populum alme ⁊c. Aliud exemplum in Virgilio. littera multum ille et terris iactat⁹ ⁊ alto. In scansiōe colliditur illa lra m cū sua wcali. ⁊ etiam illa wcalis e abiicitur. Synaloepha est pr interemptionē pcurrentiū in diuersis dictionib⁹ inter se wcalium. lubrica quedam ⁊ leuis collisio. vt saluasti a morte redemptor. Aliud exemplu. Cartha go italiam contra.

Viles sunt iste prę cunctis et renuendę.

Dicit q̄ iste figure. s. ellipsis ⁊ synaloepha sunt viles ⁊ renuende. i. euitande omnib⁹ alijs.

Syncrasis

Syncrasis istarum solet vtraq̄ sępe vocari.

Dicit A. q̄ vtraq̄ pdictarū duarum figurarum solet wcari. id est. nominari syncrasis. Et dicitur a syn' qd est con ⁊ crasis mixtio quasi cōmixtio litterarū ⁊ hoc consonantiū quantum ad ellipsim. ⁊ wcalium quantum ad synaloepham.

Boetys

Non solum voces: sed tempora sępe videmus
Elidi metris: velut hic: vale inquit iolla.

Dicit A. q̄ non solum wces seu littere eliduntur. hoc est abiciuntur in metris. sed etiam tempora. vt hic. Vale inquit iolla. Nam illa syllaba le cum sit longa. duo tempora debet habere. sed non habet nisi vnum cum breuis efficiatur. Ista figura dicitur wetys.

Antithesis siue antistoechon

Dicitur antithesis: si littera ponitur vna
Ponere cum debes aliam: sic dicimus olli.

Antithesis est littere pro littera positio. vt cum dicimus olli pro illi. ponitur enim o pro i. Et hoc fit causa maioris sonoritatis. magis enim sonat o q̄ i.

Metathesis

Metathesim facies si transponas elementum
Si dicas teucre cum debes dicere teucer.

Metathesis est transpositio litterarū in alienū locum nulla tamen littera ex dictione sublata. vt si dicas teucre cum debes dicere teucer. ⁊ est pprium nomē viri. Nominatiuo hic teucer. genitiuo huius teucri.

A te vitari debent species metaplasmi.
Sed pentimemeri solummodo nos decet vti.

Hic dat cautelam quantum ad vsum quarundā figurarū. ⁊ dicit q̄ species metaplasmi de quibus dictum est supra debet vitari a te. Sed solūmodo nos decet vti pentimemeri de qua dictum est.

Syncopa cum fiet: veterum vestigia seruet.

Hic dicit q̄ si volumus vti syncopa. debemus seruare vestigia veterum. hoc est cōmittere dictam figuram in dictionib⁹ in quibus veteres cōmiserunt. vel in similibus ⁊ non in alijs.

De speciebus schematis

Qvt species tibi schema prolepsim zeugma sylepsim
Est et hypozeuxis anadiplosis epanalepsis.
Est epizeuxis et anaphora paronomeon:
Et schesisonomaton addis et homeoteleuton:
Et paronomasia polysyntheton addis et irmos.
Iungis homeoptoton pariterq̄ polyptoton addis.
Vltima dialyton vel asyntheton est vocitanda.

Superius dictum est de figuris metaplasmi excusantib⁹ barbarismū. Nunc dicendū est de figuris schematis excusantibus soloecismū. Schema nō diffinitur cum sit equiuocū. scilicet in schema

lexeos. ⁊ in schema dianeos. Primum ꝑtinet ad grãmaticos: reliquum ad oratores. Figure schematis sunt fere. xvij. que numerantur in littera.

Prolepsis

Presumit que sunt suprema locanda prolepsis:
Cerno ducentos hinc natos hincq; nepotes.

Hic A. in speciali determinat de figuris quas enumerauit. Et primo de prolepsi. Et est sciendum q̃ duplex est prolepsis scz constructõis ⁊ locutionis De prima tractauit in cap̃. de regimine. Hic vo intendit de plepsi locutionis. Et dicit q̃ plepsis p̃sumit. i. primo sumit ea q̃ sunt locãda suprema. i. vltimate ordinata. Itẽ plepsis fm donatũ est p̃sumptio rex ordie secutax. vt interea reges ingenti mole latinus ⁊c. procedunt castrl. Vel cũ id qd̃ posteri⁹ accedit añ tps ascribitur. vt montem sacrũ atq; auẽtinũ insedit qui postea sacer dictus est. qd̃ illũ plebs insederat. hoc etiam patet in exemplo auctoris. Cerno ducentos ⁊c

Zeugma

Zeugma fit in verbo si plurima clauseris vno.
Hymnus christe tibi tibi laus tibi gloria detur.

Zeugma similiter est duplex scz ꝓstructiõis ⁊ locutionis. De prima dictũ est in cap̃. de regimine: Sed zeugma locutiõis fit q̃ plurima supposita vni vbi attribuũtur. vt hymnus christe tibi. tibi laus. tibi gla detur. Donat⁹. Zeugma est vni⁹ vbi cõclusio diuersis clausulis apte cõiũcta. Et est triplex scz hyperzeugma et est q̃ vbum vnũ p̃ponitur ad qd̃ sequentes sensus ꝓferantur. vt vicit pudorẽ libido. timorẽ audacia. rationẽ amentia Mesozeugma est cũ vbũ vnuz in medio sensuuz loco positũ reperitur. vt Troiugena interpres diuum qui numina phoebi. Qui tripodas clarq; lauros qui sidera sentis. Et volucrum linguas et prexetis omnia penne. Hypozeugma est cum vno verbo sensus clauduntur. vt diuitie inuidiam. virtus gloriam parant.

Syllepsis

Clausas dissimiles ligat vna voce sylepsis:
In te christe salus in te sunt premia nostra.

Syllepsis est dissimiliũ clausulax ꝑ vnum vbũ cõglutinata ꝓceptio. vt ptz in lra In te christe salꝰ ⁊c. Aliũ exẽplũ. Iã pr̃ eneas ⁊ ia troiana iuuet⁹ Cõuenũt. Et differt a zeugmate. qz in zeugmate est cõiũctio apta quãtũ ad ꝓgruitatẽ ẽ in syllepsi nõ. Et hz fieri plurib⁹ modis. vt patebit itati

Cum collectiuo iunctum plurale sylepsim
Assignant aliqui: plebs ista parant equitare.
Sed magis est propria constructio: plebs parat ire.

Dicit q̃ aliqui assignãt syllepsim q̃ plale verbũ iungitur cũ noĩe collectiuo. vt ista plebs parant equitare. Deinde, phibet nob talẽ ꝓstructionẽ dicẽs. Sz magl est ꝓpria ꝓstructio. plebs parat ire.

Est syllepsis vbi pro multis ponitur vnus.
Vt cum dicis: adest rex multo milite cinctus.

Dicit q̃ syllepsis etiaz est vbi vnus ponitur pro multis. cum dicis. adest rex multo milite cinctꝰ. multo milite pro multis militibus ponitur.

Hypozeuxis

Reddit hypozeuxis persone plurima verba
Vni: nos mundet nos ornet gratia christi.

Hypozeuxis est figura zeugmati contraria. vbi diuersa verba singulis clausulis adiunguntur. vt regem adit. regi memorat. nomenq; genusq;. Ponitur etiam exemplũ in littera

Anadiplosis

Fiet anadiplosis verbi geminatio: quando
Principiũ clause fit idem cum fine prioris:
Numinis istorũ caret alter: et alter abundat.

Anadiplosis fit q̃ eadẽ dictio q̃ est in fine prioris clausule repitur in principio sequẽtis. vt ptz ĩ exẽplo auctorl Numinis istorũ ⁊c. Cõstrue. Geminatio vbi. i. dictionis fiet anadiplosis. q̃ principium clausule fit idem cũ fine prioris scz clausule. Exemplum. Sequitur pulcerrim⁹ astur Astur equo fidens.

Anaphora

Clausis principiũ dat anaphora pluribus vnum.
Christus mundauit christus nos purificauit.

Anaphora est repetitio eiusdem vbi p principia pluriũ clausulax vel versuũ. vt ptz in lra. christ⁹ mundauit. christus nos purificauit. Aliud exemplũ. Vate mee vires mea magna potẽtia. solus Vate patris summi. Vel anaphora fit cum elocutio nõ cõuenienter respondẽs aliud refert occulte. vt Sed antea item coniurauere pauci. in quibus catilina. de qua q̃ breuissime potero dicam. de qua. hoc est. coniuratione.

De speciebus schematis

Epanalepsis

Principio finem facit epanalepsis eundem.
Nobis grata prius nō sunt modo cōgrua nobis:
Epanalepsis est qñ principiū clausule idem est cū fine. vt ptz in lra. Nobis grata pri⁹ nō sunt mō congrua nobis. Ecce nobis ponitur in principio ⁊ in fine clausule. Aliud exemplum. Ante etiam sceptrum dictaei regis et ante. Vel Epanalepsis est cū maiore significato facta repetitio. vt Heu heu fugaces. posthume posthume Labuntur anni.

Epizeuxis vel epimone

Unius est epizeuxis geminatio verbi
Significantis idem: me me petit vltio digna.
Epizeuxis est eiusdem verbi congeminatio in eodem versu sine aliqua dilatione. vt patet in litera. me me petit vltio digna. Ecce me congeminatur sine dilatione. Aliud exemplum. He me ad sum qui feci. in me conuertite ferrum. Aliud exemplū virgilij. Sic sic iuuat ire sub vmbras.

Paronomasia

Voces pene pares que sunt diuersa notantes
Dant paronomasiam: non curat vera sed era.
Paronomasia fit cum dictione iterata mutata littera aut syllaba simili nomine diuersa vtimur significatione. vt hic. non curat vera sed era. Aliud exemplum. Inceptio est amentium haud amantium. Vel paronomasia fit cum precedenti nomini aut nomen aut verbum per denominationem annectitur. vt pugna pugnata est.

Paronomeon

Principium simile voces iunctę retinentes
Dant paronomeon: vitat vim virgo virilem.
Paronomeon est quando eisdē syllabis plures dictiones inchoantur. vt patet hic. vitat vim virgo virilem. Aliud exemplum. Machina multa minax minatur maxima muris.

Schesisonomaton siue synthisionomaton

Juncta sunt simili voces multę sociatę
Dant schesisonomaton: vmbone repellitur vmbo:
Pes pede comprimitur: ensisq; retunditur ense.
Schesisonomaton est multitudo nominum coniunctorū quodam habitu copulandi. vt hic. vmbone repellitur vmbo. pes pede comprimitur. ensisq; retunditur ense. Aliud exemplum Marsa manus pelligna cohors. festina virum vis. Vel schesisonomaton est cum in sententiarū connexu plures ponuntur antonomasie. vt armipotens tritonia virgo.

Homocoptoton

Clausula totalis tibi format homęoptoton vno
Casu contenta: tristes flentes lachrymantes.
Homocoptoton est cum in similes casus verba diuersa exeunt. vt flentes tristes lachrymātes cōmiserantes. hec figura dicitur alio nomine similiter cadens.

Homoeoteleuton

Cum plures voces sub fine tenentur eodem
Homęoteleuton erit: hinc carmina consona subdis
Atq; leonina simul et caudaria iungis.
Homocoteleuton erit cum plures voces seu dictiones tenentur sub eodem fine ⁊ similiter terminantur. vt bella horrida bella. Huic figure subdunt carmina consona in medio ⁊ in fine. ⁊ caudaria sq; rythmi in quibus attenditur consonantia finalium syllabarum.

Polyptoton

Per varios casus distincta polyptoton implet
Clausula: littoribus contraria littora: fluctus
Fluctibus esse preco: populos populis inimicos.
Polyptoton est multitudo eorundem nominū varietate casuum distincta. vt preco: littora esse contraria littoribus. fluctus contrarios fluctibus. populos inimicos populis.

Irmos

Longa tenens seriem constructio dicitur irmos.
Principio cęlum ac terras camposq; liquentes
Lucentemq; globum lunę titaniaq; astra
Spiritus intus alit.
Dicit Auctor q̄ irmos est series continuate orationis tenorem suum vsq; ad vltimum seruans. ⁊ ponit exemplum virgilij. Principio celum ac terras camposq; liquentes. Lucentemq; globum lune titaniaq; astra. Spiritus intus alit.

De speciebus tropi

Diuersas voces coniunctio plurima iungit
Sic polysyntixton est: materq; pateraq; nepoq;.

Polysyntheton est oratio multis nexa coniunctionibus. vt patet in littera. materq; pateraq; nepoq;. Aliud exemplum. Athanasq; thoasq; pelidesq; neoptholemus primusq; machaon

Polysyntheton

Cum sine iunctura varie voces sociantur
Dialyton facient: rex miles plebs negat illud.

Dialyton siue asyntheton est figura superiori contraria. Fit enim quãdo varie dictiones sine cõiunctionibus inuicem sociantur. vt patet hic. Rex miles plebs negat illud. Aliud exemplũ. Ferte citi flammas. date tela. impelite remos.

Dialyton asyntheton micrologia siue brachylogia.

Multa tropi species metaphora metonymia
Antonomasia catachresis vel metalepsis
Onomatopeia vel epithxton et homoeosis
Synecdoche vel periphrasis simul allegoria
Addis hyperbaton istis: et hyperbole sit sociata.

Dicto de figuris excusantibus barbarismum et soloecismum. sequitur videre de figuris excusantibus vicia annexa. que quidem continentur sub tropo. Et est tropus sermo a principali & naturali significatione translatus ad aliquam similitudinem exornande orationis gratia. Cuius species sunt tredecim quas auctor enumerat in littera.

De specieb' tropi.

Cum res est alij similis pro nomine nomen
Ponitur: vt sit homo simplex cum dicitur agnus.
Debet metaphora dici translatio talis.

Hic Auctor declarat primam speciem tropi que dicitur metaphora. Et est metaphora rerum verborumq; translatio a ꝓpria significatione ad non ꝓpriam p similitudinem decoris aut necessitatis aut emphaseos grã. verbi gratia. Est aliquis hõ simplex & dicam illum hominem esse agnum p similitudinem. quia agnus dicitur esse simplex ꝓter eius innocentiam. Metaphora fit sex modis Primo ab animali ad animale. vt hic Tiphyn aurigam celeres fecere carine. ab agitatore enim ad gubernatorem transtulit Secõdo ab inanimali ad inanimale. vt pelagus tenuere rates. pro nauibus. nũc rates dixit Tertio ab aiali ad inanimale. vt Et pcul excelso mirat' vertice montis. p cacumine. nunc vertice dixit qui est animaliũ tantũ. Quarto ab inanimali ad animale. vt si tantum pectore robur concipis. a ligno enim ad hominẽ transtulit. Quinto ab eo quod pcedit id quod sequitur. vt Spem vultu simulat. p leticiã que puenit ex spe. Sexto ab eo quod sequitur id qõ precedit. vt Meriteq; expectent premia palme. p virtutis ex qua palma pcedit. Et est duplex metaphora scz reciproca & vnius partis. Reciproca metaphora est que facile conuerti potest. vt Altũ mare celumq; profundum. possumus enim conuertere. altum celum mareq; profundum. Vnius partis metaphora est que conuerti non potest. vt germinare vites. fluctuare segetes. volitare nubes. In his enim rebus germina fluctus & alas non inuenimus.

Metaphora

Fit catachresis: vbi sub nomine res alieno
Signatur: sic pisce carens piscina vocatur.

Catachresis est vsurpatio nominis alieni. vt piscina est locus piscium. nihilominus interdum sumitur p loco piscibus carente. dũtamẽ sit aquosus. Aliud exemplum. vt patricida qui fratrem vl' vxorem occidit. cum ille ꝓprie sit patricida qui patrem occidit.

Catachresis

Pro preeunte sequens positum faciet metalepsim.
Vt cum significas annos tot per tot aristas.

Metalepsis est dictio gradatim pergens ad id quod ostendit. vt cum significas annos tot p tot aristas. In quolibet enim anno pducuntur ariste. & ideo per tot aristas tot annos significamus. Aliud exemplum. vt splũcis abdidit atris. Ab atris enim nigre intelliguntur. a nigris tenebro se & p hoc in preceps profunde.

Metalepsis

Plures esse modos reperimus metonymie:
Cum pro contento quod continet aut viceuersa
Ponitur: aut factor pro facto vel retroverte.

Metonymia est dictio ab vna ꝓpria significatione ad aliam ꝓpriã translata. Et fit sex modis. Primo cum ponitur continens p contento. vt Nunc pateras libate ioui. pateras p vina. Secũdo cũ ponitur contentũ p continente. vt Crateras magnos statuunt & vina coronant. vina pro pateras Tertio cũ ponitur inuctor vel dominans p inucto vel subiecto. vt sine cerere & baccho friget ven'.

Metonymia

pro sine pane ⁊ vino. Quarto cum ponitur inuentum vel subiectum p inuentore vel wominãte. vt vinumq; precemur pro bachum. Quinto cum ponitur efficiens p effecto. vt mestumq; timorez. qui mestos faciat Sexto cum ponitur effectum pro efficiente. vt sic melior remis. infert enim velocitatem que per remos fit.

Antonomasia

Antonomasia solet excellentia dici.
Si proprium taceas nomen: ponens generale.
Sic dauid insinuas nomen dicendo prophete.

Antonomasia est significatio vice nominis posita. vt saturnia iuno. Et fit tribus modis. scilicet ab animo. vt magnanimusq; anchisiades. pro eneas. A corpore. vt Atq; his aligerum dictis affatur amorem. pro cupidinem. Et ab extrinsecis actionibus. vt Infelix puer atq; impar congressus achilli. pro infelix troylus Antonomasia fit quando nomen commune ponitur pro ꝓprio. vt cum dicitur propheta. intelligimus dauid. Et hoc fit vt excellentiam denotemus.

Epitheton

Si iungas proprium voci rem significanti
Fiet epitheton: vt si dicas tristia bella.

Epitheton est prepposita distinctio proprio nomini aut ornandi aut destruendi aut indicandi causa. Ornandi. vt dia camilla. Destruendi. vt scelerumq; inuentor ylyxes. Indicandi. vt latisseus achilles. Et fit tribus modis. Primo ab animo. vt pius eneas. Et contemptor diuum mezent?. Secũdo a corpore. vt pulcher iulus ⁊ leta venus. Tertio extrinsecus. ⁊ hec in plures species diuisa ẽ. Aut a loco. vt ithac? ylyxes. Aut ab actu. vt enea nutrix caieta. Aut ab euẽtu. vt insula diues opum tenedos.

Synecdoche

Si partem sumas pro toto vel viceuersa
Synecdochen facies dicens: hec est caput alba.

Synecdoche est significatio pleni intellectus. cum plus minusve pronuncias. Fit enim si partes sumas pro toto. vt Puppesq; tue puteq; tuorum. a puppibus enim naues ⁊ a puteo socios significat. Aut econuerso. vt Ingẽs a vertice põtus. p ingens pars ponti. Duplex est synecdoche. id est constructionis ⁊ locutionis. Synecdoche constructionis continetur sub schemate. ⁊ est species antiptosis. De synecdoche locutionis hic dicitur.

Onomatopeia

Onomatopeiam facies si nomina sumas
De sonitu tracta: sic sus scropha dicitur esse.

Onomatopeia est nomẽ de sonitu factum vel fictum. vt tinnitus aeris clangoreq; tubarũ. Sic etiã sus dicitur esse scropha a sonitu quem facit. Sic etiam tintinnabulum ⁊ taratantara dicta sunt a sonitu ⁊c.

Periphrasis

Periphrasis circũloquium de iure vocatur
Cum verbis curas attollere rem tibi gratam.
Aut in re turpi verbis non turpibus vti.

Periphrasis est numerosior dictionum in vniuersa rei significatiõe congregatio verborum ambitu rem describens. Et fit duobus modis. Primo ornande rei causa que pulchra est vt breuitatem splendide producat. vt Et iam prima nouo spargebat lumine terras. Titoni croceum linquens aurora cubile. Poterat enim dicere. Iam lucebat vel dies ortus erat. Secundo vitande rei causa que turpis est. vt Feditatem circũitu deuitet. vt Placidumq; petiuit. Coniugis effusus gremio per mẽbra soporem. His enim verbis concubitum ostendit.

Hyperbole

Transcensus veri manifestus hyperbole fiet.
Astra ferit sonus armorum clangoreq; tubarum.

Auctor dicit q hyperbole est transcensus manifestus. i. excessus veri. i. veritatis. Et fit vel causa augendi. vt niue candidior. vel minuendi. vt testudine tardior ibat.

Hyperbaton
Huius species sunt quinq;

Locum turbatus formabit hyperbaton ordo:
Synchesis hinc temesis ac hysterologia subsunt
His et anastropha vult pariterq; parenthesis addi.

Hyperbaton est verborum transgressio q̃dã ordinem conturbans. cuius species sunt quinq;. scilicet hysterologia vel hysteron proteron. synchesis. temesis. anastrophe. parenthesis.

Prima Hysteron proteron vel hysterologia.

Hysteron et proteron solet hysterologia dici
Hec fit cum rectam seriem sententia mutat.

Hi cererem torrere parant et frangere saxo.

Hysteron proteron vel hysterologia fit quando mutatur ordo sententie cum recta serie verborum vt patet in exemplo. Hi cererem torrere parant et frangere saxo Nam prius frangere seu molire debent cererem et granum q̃ torrere seu decoquere. Aliud exemplum. Horesq̃ viris ⁊ menia cõdet. Prius enim menia conduntur. deinde leges dantur.

Secunda Synchesis

Synchesis est omni confusa locutio parte:
Nos virtute lauat: qui labem criminis ornat.

Synchesis est obscurum hyperbaton ex omni parte confusum. vt patet in exemplo. Nos virtute lauat ⁊c. Est enim ordo. ille qui lauat labem criminis. ornat nos virtute. Aliud exemplum. Tris nothus abreptas in saxa latentia torquent Saxa vocant itali medijs que in fluctibus aras. Quorum ordo est. Tris scilicet naues abreptas nothus torquet in saxa que scilicet saxa in medijs fluctibus latentia itali vocant aras.

Tertia Temesis vel diacope

Dat temesim binas in partes dictio secta:
Est horee regio septem subiecta trioni.

Temesis est vnius dictionis sectio vna dictione vel pluribus interiectis. vt hic in littera. Est horee regio septem subiecta trioni. Ecce septemtrioni est vnica dictio. que diuisa est.

Quarta Anastrophe

Dictio si subsit: cum sit precedere digna:
Fiet anastropha: sic surgit mare littora contra.

Anastrophe est verborum tantummodo preposterus ordo. vt surgit mare littora contra. Ecce illa prepositio contra deberet preponi suo casuali. ⁊ postponitur.

Quinta Parenthesis siue dyalisis

In clausa clausam si commisces alienam
Inde parenthesis est: princeps (quia bella minantur
Hostes) militibus vrbes premunit et armis.

Parenthesis est interposita oratio diuerse sententie. vt patet in littera. princeps (quia bella minãtur hostes) militibus vrbes premunit ⁊ armis. Aliud exemplum. Aeneas (neq̃ enim patrius cõsistere mestem Passus amor) rapidum ad naues premittit achatem.

Allegoria Huius species sunt septem

Cum designatur aliud q̃ clausula signat
Allegoria datur: septem species dabis illi.
He sunt antiphrasis charientismos et enigma
Atq̃ paremia sarcasmos ac ironia
Antismos tandem predictis sit socianda.

Allegoria est tropus. quo per similitudinem vel contrarium aliud significatur q̃ dicitur. vt laterem lauas aerem verberans. id est. tempus perdere vel inutiliter expendere. Huius species sunt septem. quas auctor numerat in littera. ⁊ subsequenter declarat.

Prima Antiphrasis

Antiphrasis sermo signans contraria dictis
Sic lucum dices quia raro luce nitescit.

Antiphrasis est dictio econtrario significans. vt belluz quasi minime bonuz. lucus quasi minime lucens vel raro lucescit. parca eo q̃ nemini parcit.

Secunda Charientismos

Est charientismos cum profers dura relatu
Gratius: hinc amon nomen traxisse putamus.

Charientismos est quo dura relatu gratius proferuntur. vt cum interrogamus. Nunquid nos quesierit aliquis. respondeatur. bona salus vel fortuna. ex quo intelligitur neminẽ nos questuisse.

Tertia Aenigma

Obscurus sermo quasi mirandus fit enigma:
Patrem progenies occidit matris in aluo:
Quam mater genuit: generauit filia matrem.

Enigma est obscura sententia per occultam similitudinem rerum. vt patrem progenies occidit matris in aluo. ⁊ de beato Thoma intelligitur. Nam ipse erat pater animarum. progenies vero humana occidit eum predicantem in aluo matris. scilicet ecclesie. Quam mater genuit. per matrem significatur aquam in glaciem conuerti ⁊ ex eadem rursus effluere.

Quarta Paroemia

Si proponantur prouerbia publica dices

Esse paremiam: lupus est sermone sub isto.

Paroemia est accommodatum rebus temporibusq; prouerbiũ Rebus. vt aduersus stimulus calcitra. id est. superbis resiste. Temporib⁹. vt lupus est in fabula. id est. tace. Erunt enim aliqui de aliquo fabulantes. et ecce veniet quidaz odiosus eis. vt sermo retrahatur alter eorum dicet hoc prouerbium. lupus est in fabula. quod etiam est a rusticis vsitatum.

Quinta Sarcasmos

